

F R I D E R I C I  
H O F F M A N N I  
M E D I C I N Æ  
R A T I O N A L I S  
S Y S T E M A T I C Æ  
S U P P L E M E N T U M  
D E P RÆCIPUIS INFANTUM MORBIS,

*Cui accedit Index Rerum Precipuarum in quinque posterioribus  
Systematica Tomis occurrentium ,*

E T V I T A A U C T O R I S  
A D. D. & P. JO. HENR. SCHULTZIO CONSIGNATA



V E N E T I I S , M D C C X L I .

E x T Y P O G R A P H I A B A L L E O N I A N A .

S U P E R I O R U M P E R M I S S U , A C P R I V I L E G I O :

FRIIDERICI  
HOFFMANNI  
MEDICINE  
ATIONALIS  
SYSTEMATICA  
SUPPLEMENTUM  
IN AVIS MORIS  
EREGITUR  
ET ATIA ACTORIA  
AD ALIO HERBARIUM CONSIDERATA

VENETIIS, MDCCXLII

E. T. TOSCANI LIBRARIO  
SUBDIVISIONE TERRITORIALE, AC LITERARIA

# PRÆFATIO.

**Q**UAM jam in eo sit, ut in publicum prodeat hæc mea de infantum  
 affectibus opella, equidem contra ritus auctoribus librorum so-  
 lempnes me facturum existimo, nisi antea instituti rationem bre-  
 vibus exponam. Prius vero, quam ad illud perficiendum me accingo,  
 momenta quædam notatu in primis digna, sed neglectui plerumque habi-  
 ta ob oculos ponere lubet, quæ Numinis divini singularem circa infantes  
 tam nascendos, quam recens natos providentiam luculenter admodum  
 demonstrant. Primo autem loco, ad ipsum generationis negotium re-  
 spicientes obstupecimus, qui fiat, ut ex punto quasi, seu tenuissima,  
 rudi & incondita vesicula, per expansivam genitrix virilis virtutem fo-  
 cundata, homo prodeat, qui spiritu immortali, variisque organis sen-  
 soriis artificiosissime fabrefactis prædictus maxima Dei opera in hoc univer-  
 so perlustrare, indeque ad creatoris venerationem pervenire potest. Et si  
 vero abstrusum & a sensu nostro remotissimum formationis hominum opus  
 penitus sibi relinquimus; summam tamen Numinis divini sapientiam vel  
 ex eo abunde satis cognoscimus, quod omnes sexus feminini partes ita sa-  
 pientissime construxerit, ut ad hominem progignendum aptissimæ sint.  
 Nonne etenim summa admiratione dignum est, quod facta imprægnatio-  
 ne sanguis ille monstruos, in sanitatem mulierum antea excretus, nunc  
 copiosior ad uterus hoc fine confluat, ut inde succus temperatus & ge-  
 latinosus, per spongiosam uteri substantiam transcolatus, mediante pla-  
 centa uterina & funiculo umbilicali, ad nutritum fœtum impendatur,  
 donec hic ex angusto uteri ergastulo excludi, hominumque cœtu adou-  
 merari queat. Hæc ipsa autem fœtus per partum exclusio non minorem  
 mereri admirationem videtur, dum mense plerumque nono solari, ute-  
 rus matris a mole fœtus grandioris distentus, & quasi ad spasmodicam con-  
 tractionem lacescitus, aeris inspirati, muscularumque abdominis admiri-  
 nculo, contentum fœtum inter anxios conatus expellere nititur. Supe-  
 ratis partus laboribus statim natus, nulla eductus arte, suis ipsis viribus  
 æcrem, cuius usura in utero caruit, libere inspirat, &c, quod omnem  
 fere fidem superat, ipse sanguinis per cordis & pulmonum vasæ circuitus,  
 via aliunde directa, non amplius ex dextro cordis ventriculo per foramen  
 ovale ad auriculam sinistram abit, sed clauso isto foraminulo talem ituna  
 reditumque eligit, quallem in adultis fieri deprehendimus. Id quod vero  
 sicut luculentum, & plane admirabile mechanismi sublimioris documen-  
 tum exhibet; ita clarissime arguit, quantus ille sit auctor atque effector  
 a quo hæc omnia, ceu effectus a sua causa pendent. Abscisso dein funicu-  
 lo umbilicali mirandum est, quomodo hæc operatio in tenello corpusculo

tam feliciter cedat, ut, si idem quis in adultis experiri velit, omnino metus sit, ne hi graviter inde luant multumque damni recipient: ne dicam, qua ratione umbilicalia vasa sensim paullatimque tam belle coalescere possint, ut tandem verum ligamentum tendinoso nerveum constuant, quod vix pristini status memoriam relinquit. Tum quoque ex benignissima Dei providentia hoc in primis beneficium recens natis concessum esse videmus, quod ipsa vitalis aura inspiratio sordium alvinarum in ute-ro collectarum excretionem, qua nihil utilius est, aptissime promoveat. Etenim, quum per reciprocam pulmonum actionem, septique transversi & muscularum abdominis motum ipsa infimi ventris viscera paullummodo conquassantur, non potest fieri, quin etiam excrementa inibi contenta, accedente simul bilis expressa stimulo, ad exitum disponantur. Sed longe adhuc majus divinae providentiae specimen se manifestat per sufficientem lactis in mammis puerarum accumulationem, dum quippe ita sapientissime provisum est, ut sublata post editum foetum renitentia, elasticum uteri viscus sponte angustatum redundantes humores ad mammas divertat, ubi lacteus ille chylosus liquor separatur, qui primo quidem abstergeente sua facultate meconii eliminationem adiuuat, postea vero alimentum teneritudini infantum apprime congruum constituit. Neque dein facile quisquam infantes ideo imperfectionis accusabit, quod caput in superiori parte fatulum, quod fontanellam dicunt, in lucem adferant: siquidem haec laxior cranii ossium cohaesio partim eo servit, ut inter angustum vaginæ uteri transitum aliqua ipsorum compressio fieri, & sine magna matris molestia partus facilitari possit, partim, ut cerebri molles, nutritione aucta, sese extendere commode valeat. Imo etiam in clamoribus, crebrisque vagitibus, quos saepe infantes sanis, nullisque doloribus stimulati edunt, magnum sanitatis latet praesidium. Quum enim tenelli, ob vacillantia membra, se ipso loco movere nequeunt, optime profecto hac naturali corporis concussione deficients motus noxæ avertuntur, atque fluidorum per universum corpus circuitus egregie promovetur. Si vero ætate jasi paululum processerunt pueruli, quot quo! frasturas, luxationes aliaque subinde mala inter saltationes variosque lusus incurserent, ut aliquando claudi, languidi, membrisque mutili rebus publicis praæsident; nisi ad haec omnia praæcavenda ossa tenellis flexibilitate O. M. Deus concessisset? Denique, notatu per quam dignum est, quod homo infans ceteris animantibus fere omnibus imperfectior videatur, dum ipse longe diutius parentum ministerio, quam quidem animalia eget, quæ brevi tempore sibi ipsa de alimentis prospicere, & nociva insidiantium tela propulsare valent. Verum enim vero, re altius æstimata, summum profecto beneficium ex hac apparente imperfectione elucet. Etenim, quum homo rationis particeps immensa creatoris sui potentiam, bonitatem & sapientiam ex absolutissimis operibus suis cognoscere, debitisque celebrare laudibus debeat, opus omnino est rationis cultura,

ad

ad quam difficulter admodum sine linguae usu, ad hanc vero ægerrime si-  
ne longiori hominum, præsertim parentum consortio pervenire licet. Et  
quis denique singula enumerare valet, quæ a summo Numine generi hu-  
mano, maximeque infantibus concessa divinam providentiam clarissime  
evincunt? At vero, homines sumus, ex materia ad corruptionem ad-  
modum prona conflati; quos Deus mortalitatis consciens, suoque imperio  
subjectos esse voluit. Quid mirum inde, si ne pusilli quidem a vita mole-  
stis liberi varii generis morbos recteque valetudinis lassiones perpeti de-  
bent; maxime quum tenera ipsorum constitutio admodum facile nocivam  
illarum rerum impressionem admittat, quibus ad vitam necessario opus  
habent. Quæ autem maxime mala teneros adficiant, præsens hoc opusculum,  
supplementi loco medicinæ systematicæ additum, luculentius do-  
cebit, in quo ego præcipuos infantum morbos recensere, cum causis suis  
explicare, rectamque & genuinam methodum suggestere allaboravi, quam  
hactenus in longinquo artis exercicio ad præservationem &que ac curatio-  
nem idoneam maxime deprehendi. Nolui autem præter necessitatem ver-  
borum ambagibus uti, sed brevibus tantum thesibus præcipua cujosvis  
morbi momenta complecti, ne partim opus in majorem molem excrescat,  
partim, ne alio loco & tempore jam satis pertractata hac repetere videar.  
Adiiciendum deinceps curavi indicem rerum locupletissimum; quæ in po-  
sterioribus medicinæ systematicæ tomis continentur, ut inde commodior  
fiat totius operis usus. Nec demum illorum deesse petitionibus volui, qui-  
bus de vita mea plenius informari volupe fuit. Sulcepit autem hunc in se  
laborem celeberrimus Fridericianæ nostræ Professor medicinæ & eloqua-  
tæ D.D. SCHULTZIUS, qui notatu digniora vita meæ facta litteris con-  
signata hic cum B: L. communicat. Nolit autem ideo quispiam me vanæ  
arrogantia reum existimare; utpote qui ab omni fastu laudisque inani stre-  
pitu remotissimus, nihil aliud hac vita meæ recensione quæro, quam ut  
inde lector singularem Dei providentiam; quam in moderandis mortalium  
rebus adhibere solet, penitus cognoscat, forteque aliquod imitan-  
di exemplum sibi sumat. Etenim, si ullus unquam, ego certe anticipites  
fortunæ casus, fluxilemque rerum terrenarum indolem expertus, opti-  
me testari possum quem Deus ordinem inter mortales servet, ut æternam  
nominis sui gloriam, hominumque salutem stabilitat. Utinam modo singu-  
la fini a nobis præfixo respondeant, multumque utilitatis adferant! Da-  
bam Halæ Magdeburgicæ a.d. 1. Maji MDCCXL.

# DE MORBIS INFANTUM IN GENERE.

## §. I.

*Instituti rati.* **T**ot tantisque proh! dolor miseriis undique cinctum est mortale hominum genus, ut pervideri nequeat, quæ cura, quæ sollicitudo & diligentia sufficere possit ad impetum tot simul & diversimode invadentium morborum avertendum, aut quis artium apparatus jam intricatas malignitate partes expedire, suæque restituere integratæ valeat. Docent hanc nostram fragilitatem suo imprimis exemplo infantes recens nati, qui vix cum ejulata miseriæ hanc salutarunt i, quum jam innumeris oblessi periculis de salute quotidie decernere coguntur. At vero, quo majora & frequentiora impendent pericula, eo sane minus huic teneræ & tantum non omni orbatæ præsidio ætati concessum est, remedia tollendis morbis idonea conquiri, aut mali sui conditionem & magnitudinem indicare; nisi forte miserrimo ploratu, aliisque obscuris signis aliorum misericordiam moveat. Quæ cum ita sint, quam maxime videtur medico salutis humanæ cupido convenire, ut ingenuo attentoque studio imbecillæ ætatis causam suscipiens perite dilquirat: quæ hanc ætatem mala adgredi soleant, quibus signis dignosci & quasi prædicti queant, quæ cautione præcaveri, & demum, qua arte, quibusque præfidiis debellari debeant? Atque his inductus rationibus ego, post tot labores in medicina perpolienda feliciter exantlatos, non potui omittere, quin etiam opusculo, de infantum ægritudinibus conscribendo mentem manusque admoyerem; præser-

tim cum ab aliis, qui in eodem studiorum genere desudarunt, multa aut intacta & non satis indigesta, aut certe commendatione quadam digna relictæ deprehenderim. Nec minorem mihi fructum ex hoc meosuscipiendo labore pollicor, quam quem, Deo annuente, iam ex reliquis medicinæ meæ systematicæ tomis satis abundeque conspexi: siquidem non vana, non imaginaria & falsis opinionum commentis fundata, sed vera, & tum rationi, tum experientiæ conformia proponam, quæ in artis exercitio per dimidium seculi & ultra occupatus constanti meditatione & observatione didicisse gaudeo.

## §. II.

Primum autem omnium præcipui infantum morbi erunt indicandi, ante quam ad causarum nexum, ex quo illi prodeunt, demonstrandum nos accingamus. In quo quidem perficiendo ducem eligere placet præstantissimum artis nostræ parentem, HIPPOCRATEM, qui ætatis morbos lib. III. aphor. XXIV. XXV. & XXVI. ita pro more suo eleganter & concise describit: *Qui in ætates cadunt morbi, hujusmodi fere sunt: puerilis & nuper in lucem editis, aphise, vomitationes, tusses, vigilie, pavores, umbilici inflammationes, aurium sordes humidae, quibus nos ventris tormenta addimus, sunt familiares: cum jam dentire cœperint, gingivarum molesti pruritus, febres, convulsiones, diarrhoeæ, maximeque cum edunt caninos dentes, & illi præsertim, qui inter pueros crassissimi sunt, alvoque adfritta, eveniunt. At vero, cum ætate processerunt, quod ab anno quarto ad decimum usque & longius intel-*

*Historia  
morborum  
infantum  
ex Hippocrate.*

# Cap. I. De morbis infantum in genere.

ligendum est, tonsillarum inflammaciones, veriebrae, quae est ad occiput, introrsum luxationes, asthmata, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucae pensiles, satyriasmus, stranguria, struma & alia tubercula, precipue vero praedicta, male afficiunt. Hæc qui altius secundum estimat, facile perspiciet, cuius infantum ætati morbos quosdam esse familiares, qui corpus aliter atque aliter afficiunt, longius vel brevius durant, & plus minus periculi præfigiunt. Si quidem mutata corporum, propter ætatem, textura, mutatoque vivendi genere, non potest non ipsa subjectorum ad suscipiendos morbos dispositio immutari, & postera ægritudinum ratio a pristina valde recedere. Quam obrem etiam, si de infantum affectibus differendi animus est, non simul omnes ætatum periodos debemus complecti, minimeque omnium strictiori tantum sensu infantes in lucem vix editos considerare, sed proiectiores etiam, qui ad decimum usque annum pervenerunt, intelligere; ne forte aliud morbi genus explicemus, aliud silentio prætereamus.

## S. III.

*Diagnos-*  
*sis est*  
*difficilis* Sic igitur ex HIPPOCRATE puerorum morbos enarravimus præcipuos, quorum nonnulli quidem per se statim patent, nonnulli autem difficilius cognoscuntur: quare proxime jam suppeditanda erit accurasier illorum diagnosis; quæ tamen adeo difficilis, abfondita & inexpedita est, ut sëpe vel oculatissimi in dijudicando hallucinentur. Neque enim pueruli ipsi, ob vocis articulatæ defectum, morbi sui indeolem & nocendi potentiam nobis possunt enarrare; neque ex urina vel curiosissime examinata, neque ex pulsuum iustibus, vel accuratissime observatis, neque tandem ex habitu externo, qui ut facile in pejus, ita subito in melius mutatur, firmum stableque judicium potest desumi. Nam urinæ minimorum recte valentium, perinde ac morbo quodam laborantium, sëpe sunt crassa & turbidae, & pulsus ab innumeris fere causis potest mutari, & vel accelerari, vel retardari, ut exploran-

tibus plerumque imponat:

## S. IV.

Netamen utraque ex parte dubius relinquatur artifex, mulierculæ adstantes, quæ curam pusillorum gerunt, probe suntexplorandæ: an infantes ejulantur, corpus inquieti jacitent, & vigiles diem noctemque transigant; an ructus sive acidos, sive nidoros explodant, vomendi conatus ipsosve vomitus, & quales habeant; an singultu, nervorumque agitationibus convellantur, an tussi & respirandi difficultate laborent, an flatus & feces libere dimittent, quem excrementa colorem referant, quam consistentiam habeant, & similia? Præter hæc vero, inquirenti medico permultum accendetur lucis, si corpus a capite ad calcem inspiciens probe examinet: an extrinsecus rubedo cujusdam partis inflammatoria, an quædam exanthematum species, aut aliud vitium se manifestet; item si ore diducto disquirat, num foecidum halitum tennelli emittant, fauces pustulis obfessas habeant, vel gingivatum quadam intumescencia & phlegmone laborent. Siquidem ex his omnibus, tanquam ex principiis cognitis ad incognita non obscure licet concludere.

## S. V.

In causarum serie explicanda a vero haud aberrabimus, si causam affectuum infantilium formalem & materialem i) debet tam in habitu corporis laxo & molliori, litas & quam in redundantia succorum pirititorum copia, admodumque delicato fibratum & membranarum sensu reponimus. Etenim, quum in prima hac ætate solidæ partes, propter mollissimam, qua gaudent, teneritudinem, fluida non satis vegete possunt propellere, nec per tenuissimos canaliculorum ductus circumagere; facile inde potest sanguinis & humorum circuitus retardari, & saluberrimum excretionum negotium cohiberi: quod si accidit, non tantum succi magis magisque copia increscunt, verum etiam spissi evadunt, & crassæ plane alienam, falinoacrem adsumunt. Quid vero in de? ex tali humorum plenitudine non modo

modo sunt stagitations, varixque fluidorum subsistentium corruptae, sed etiam a nervorum subjacentium pressione, aut distensione violenti contractantur spasmi, quorum vehementia omnies tam solidæ, quam fluidæ partes cum tota functionum & economia perturbantur, & tenella infantum corpora, quæ ad recipiendas vel levissimas impressiones valde disposita sunt, in morbos & repentinis & vehementes conjiciuntur facilime.

## §. V I.

*Quod amplius confir-* Neque adeo difficilis erit labor, ex allegatis phænomenis præcipuum ægritudinum infantium veras maturum. Reddere rationes. Supposita enim humorum pituitosorum abundantia & stagnatione, facile potest concipi, quam ob rem ad crebriores defluxiones catarrales, rheumatismos, pectoris oppletiones, liquidas alvi dejectiones, seu diarrhoeas, tumores glandularum, aurum sordes humidas, & similes affectus tenera ætas sit proclivis. Supposita succorum depravatione & acrimonia, facile patet, cur frequentius aphthis, variisque cutis exanthematibus pueruli afficiantur; & supposita demum exquisita nervosi generis sensatione, haud minus clare appareat, cur tam vehementibus partium tam internarum, quam externarum torsionibus ac spasmis torqueantur, si vel levissima irritationis causa præcesserit. Ita enim, propter sensibilem fibrillarum intestinum texturam, in dolorifica ventris tortina, in permolestas ventriculi & intestinorum vel distensiones, vel constrictiones incident; propter facilem membranarum, cerebrum & spinalem medullam investientium irritationem, percrebro motus epilepticos, & subsultus artuum convulsivos experintur; propter tenuissimas nervorum propagines, ad pulmonum viscus recurrentes, siccissime tuis convulsiva & asthmata cum suffocationis metu conjuncto, ac demum, ob exquisitum tunicarum sensum, quæ ori intus obtenduntur, pessimis symptomatibus ex dentitione difficili laborant.

## §. V I I.

Neque dein 2) in constituenda causa materiali parum valet acidum longe multumque præpollens, cui optimus morborum infantium interpres D. D. HARRIS tantum tribuit, ut censes fere ac singulos affectus, teneræ ætati familiares inde deducere nullus vereatur. Et profecto, in plurimis tam ex ructibus & vomitibus acidum redolentibus, quam ex fecibus, subjectos etiam pannos atrodenibus, acidi presentis copia non obscure potest suboleri, aut vel ex eo satis dijudicari, quod non modo lac, unde vivunt infantes, per facile acescit & coagulum subit; verum etiam ipsorum succi, qui tenues atque lymphatici sunt, vix magis in aliam, quam in acefcentem diathesin inclinant. Sicut enim homines adulti, phlegmatica temperatura prædicti, magna succorum pituitosorum copia turgidi in nocivam lymphæ coagulationem præ aliis proni existunt, admodumque facile in purpuram albam, quæ ejus progenies est, incidunt; ita eo minus dubitandum est, quin in infantibus acida humorum intemperies longe citius faciliusque possit contingere.

## §. V I I I.

Proxime nunc etiam causas inspiciamus procataæticas. Jam quidem, si debile solidorum robur intuemur, deprehendimus, omnes omnino infantes ex sua ipsis natura adultis esse imbecilliores, & sensatione magis exquisita præditos, nihilominus tamen causæ quædam subesse debent speciales, quæ ad insignem generis nervosi debilitatem & mobilitatem imprimis contribuant, ut in his magis, in aliis minus perversi motus cieantur. Nihil vero, me judice, ex omni causarum classe magis hoc confert, quam dispositio quædam hereditaria, a parentum alterutro in sobolem propagata. Quare sapissime usu venire solet, ut a parentibus non ita bene valentibus, aut crebriori veneris usu rerumque abstrusarum investigatione confectis, aut senio fractis, aut luxu corruptis infantes progignantur, qui a primo

# Cap. I. De morbis infantum in genere.

9

mo conceptionis actu infirma valetudine utuntur, & vitia quedam connata habent, quæ nulla unquam arte aut solertia possunt removeri. Id quod nisi obstatet, minime nos haberemus tot ubique podagricos & calculosos, qui suæ miseriæ solatium anxii apud medicos frustra querunt.

## S. I X.

*...in pri-  
mis vi-  
tia et ma-  
tre con-  
tracta*

Si qua autem labes mediante generatione in teneram progeniem traducuntur, a matre profecto uterum gerente hoc maximam partem fieri solere comprehendimus. Dici enim vix potest, quantum prægnantum plurimæ, nisi maximo virtutis studio teneantur, in appetitus omnino depravatos pronæ sint, quamque inanibus curis, vagis desideriis & imaginationibus, terrore, timore, mœstitia, iracundia, fastu, vindictæ cupidine, aliisque mentis motibus agitentur; unde non potest non sanguinis circulus vario modo turbari, atque tenerimis & quasi adhuc tremulis fœtus staminibus inimica quedam vis imprimi. Idem mali pertimentescendum est, si genetrices intemperatiæ dedita multis cibis, iisque sæpe incongruis ventriculum obruant, aut potibus spirituosis plethoram, sub graviditate collectam sæpe commovent, nec tamè ejus copiam venæctione detrahi patientur. Quo etiam illæ pertinent feminæ, quæ motibus hystericis valde sunt obnoxiae, & peracta conceptione viros crebrius admittunt. Siquidem frequentior coitus, nonnullorum testimonio, ad morbosam debilitatem prolem gignendam permultum conducere creditur.

## S. X.

*...debili-  
tatio in  
ipso  
partu*

In ipso etiam partus labore tenera proles sæpe infirmatur, dum aut matres segnitie sua fœtus exclusionem retardant, aut impatientia acclerant. Idem perficitur remediis calidis partum promoventibus, aut ab inconsulto obstetricum ministerio per violentam fœtus extractionem, & qualecumque lœsionem; siquidem ab improvidis istis mulierculis future capitum laxe coherentes ita sæpe comprimuntur, ut inde e-

pilepsiae, paralytes, aliaque horrenda mala cum mortis periculo conjuncta concidentur.

S. XI.

In infantibus utero jam exclusis per facile etiam sensibiles nervorum fibrillæ ad anomalos motus stimulantur, si quando aut ipsi pusilli terrore quodam inopinato, ut per repentinos clamores, excitationem e somno, item per jocosam nutricum impressionem verbis gestibusque factam percutiuntur; aut si lactantes pravo quodam animi affectu, & maxime quidem terrore ac iracundia perturbatae mammæ sugentibus nimis cito offerunt. Hinc nihil est solenius quam ut variis generis spasmis nervorum vellicationes, atrofiones, ardores, tormentos intestinorum dolores & inflationes &c. presso, ut ajunt, pede excipient, que se per inquietudinem, vigilias, manuum pedumque unctiones, payores, ejulatus, imo etiam per epilepticas convulsiones abunde satis manifestant.

## S. X I I.

Prater hæc vero, in debilitando commovendoq; solidorum robore multum sibi vendicat excessiva aeris, præsertim frigidi intemperies, aut subitanæ caloris & frigoris sibi invicem excipientium vicissitudines, quæ sicut natu grandioribus, nervorum quadam imbecillitate laborantibus, ob transpiratioonis suppressionem, ingentem in modum aduersantur; ita longe magis infantibus, qui aeris injurias ipsi arcere nesciunt, maxima minantur damna.

## S. X I I I.

Nec denique e contraria parte excludendum est nimis curiosum, calidum & delicatum tenellorum regimen, item crebrior medicamentorum sine necessitate usus. Sic enim non solum pusilli, liberioris aeris insueti vel levissimas aures ægrius ferunt; verum etiam a medicamentis, iisque præsertim activioribus, valde plerumque alterantur; ut deinde natura in moderandis motibus quam maxime perturbetur. Et, quum honoratores præcipue ac divites pessimum hunc morem plerumq; teneant, plane non mirum est, cur ipsorum proles longe debilior sit longeq; frequentius ægrotet, quam

quam pauperum, adminiculis his de-  
stitorum.

## S. XIV.

*Badm  
nocent  
abducta  
tis.* Hac autem omnia non solum de  
peris lactentibus valent, sed eodem  
quoque jure de illis intelligenda e-  
sunt, qui ante jam paulo processerunt.  
Debilitato enim solidorum robore, su-  
ceptaque aut in utero materno, aut  
ex virtute nutricis ad morbos dispositio-  
ne; facile judicari poterit, nec mino-  
res nec pauciores morbos, faeta etiam  
ablatione, posse succedere; sicut  
proh! dolor innumera puerorum male  
afflitorum exempla docent luculentis-  
sime.

## S. XV.

*Causa  
remotae  
ad acidū  
contra-  
buenter  
ex parte  
lactatis.* Causæ, quæ ad ingignendum aci-  
di proventum conferunt, iterum va-  
riæ sunt, atque ex his etiam nonnullæ,  
quas jam enumeravimus. Quam ma-  
xime autem hoc referre decet omnia,  
quæ lac aut ipsa nutrice, aut in sugen-  
tibus corruptunt, idque crassum &  
impurum efficiunt, aut in coagulum  
prosorsus condensant. Id quod ex parte  
nutricum variis potest modis accidere,  
& maxime quidem, si ipsæ, præter  
inordinata animi pathemata, fructus  
horæos, caseum, acetaria, acida,  
acria & salsa copiosius ingerunt, vina-  
que acida & spiritum vini liberalius  
hauriunt. Siquidem his omnibus lac  
viscidum & crassum ingeneratur, quod  
infantibus oblatum facile aceſcit, &  
non modo ad pertinaces primarum via-  
rum & mesenterii obſtructions disponi-  
nit, verum etiam calculi in vesica ge-  
nerationem, quæ non infrequens huic  
extati est, oppido promovet: ne dicam,  
largiori spirituorum usu lac repente  
extum concipere, & per mammas in  
lactentes transfusum febres ardentes  
posse accendere. Neque sola ciborum  
qualitas, sed quoque excedens ipsorum  
quantitas valde nocere solet, dum se  
nutrices cibis, quamquam optimis, su-  
pra modum saginant, vel cerevisias  
consistentiores, easque parcus bibunt;  
neque tamen corpus ſufficienti motu  
exercentes, in alto proſrus otio com-  
mode vivunt. Qua ratione non potest

non crassior lacti conſistentia concilia-  
ri, idemque ſalutis diſpendium in-  
duci.

## S. XVI.

Similem nocendi potentiam habet *Quæ  
validum frigus, improvide mammis ampli-  
admissum;* utpote quod lactiferos *us indi-  
camenta* mammarum tubulos coartando, lac  
ad ſpissitudinem haud parum diſponit.  
Neque dubitare licet, quin etiam la-  
cteus ille liquor ingentem in modum  
alteretur, & ad pravam indolem in  
ſugentium ventriculo lufciendam  
diſponatur, ſi quando matres vel nu-  
trices lasciviores, durante lactationis  
tempore, intempestivos mariti ample-  
xus crebrius admittunt; aut ſi men-  
ſtrua, quæ alias in gravidis lactanti-  
busque ceſſant, præter conſuetudinem  
experiuntur. Tum enim parvuli ple-  
rumque languidi, lacrymosi ac imbe-  
cilles fiunt, lufisque gestibus ſatis in-  
dicare videntur, lactationem tam diu  
effe differandam, donec obturato hoc  
fonte ſanguineo priſtinus matris vigor  
redeat. Neque demum lac parum cor-  
rupitur, ſi nutrix paſſionibus hyste-  
ricis patet, ſi alvo adſtricta laborat, &  
propter ſpasmos ac flatuſ in primis vi-  
is collectos variis ſanguinis & hu-  
morum ad varias partes congeſtioni-  
bus affligit.

## S. XVII.

*- ex par.  
te infant.  
cibis  
copia* Ex parte infantum multa pariter  
accuſanda veniunt. Inprimis autem  
ipsi valde ſolent laidi, ſi nimium ali-  
menti debent adūmere, &c, quan-  
docunque male habent, præter volun-  
tatem mammas lacte turgidas exhan-  
uire, vel etiam, ſi pupliculis vi-  
ſcidioribus plus juſto infaciuntur.  
Quando enim infantes, iique præ-  
ſertim parvi ac teneri tantam ali-  
menti molem in ventriculo non ſatis  
poſſunt ſubigere, haec plerumque in  
acidum magma faceffit; unde tonus  
ventriculi & intestinorum deſtruitur,  
maximaque ſinitatis damna, ut fere  
ſunt inflationes ſtomachi cardialgicæ,  
pectoris anguſtiae & ſimilia, in te-  
neram prolem derivantur. Quam in  
rem egregia ſunt, quæ B. ET MUL-  
LERUS

LERIUS in dissertatione, quam vale-  
ctu & regimine observantur, sed tem-  
pestive perferendis mutationibus sen-  
sim paullatimque adsuefiunt. Possunt  
enim consuetudine a teneris ita for-  
mari, & quasi indurari, ut ne ab  
externis injuriis tam facile lacerantur:  
sicut quam maxime in infantibus ru-  
sticorum & ex infima plebe natorum  
videre licet; utpote qui neque sanita-  
tis incommoda tam repente sentiunt,

*qualitas* & protulit: *lactis superflua* & *santum non co-  
sta* infusione matres pueros suos nimis  
alendo, s<sup>e</sup>pe necant, & dum lactant,  
maclant. Sicut enim omnis nimia reple-  
tio, ut panis adulis, sic laetis recens  
natis pessima est.

## S. XVIII.

Sic quoque valde peccatur, si cibi  
varii & s<sup>e</sup>pe incongrui, acidi, a-  
cres, falsi, multaque carnes præter  
necessitatem devorantur; vel si vinum,  
ut pancreaticus mos est, ad roboran-  
dum & ploratus componendos, sa-  
pius propinatur: siquidem hæc lacti  
admixta, coagulationem inducendo,  
ventriculum valde infirmant, variof-  
que morbos excludunt. Quo demum  
pertinet crebrior lactis cum nutrici-  
bus mutatio. Sicut enim adulti non  
æque bene mutationem potus & cibi  
ferre possunt; ita hoc simili ratione,  
longeque magis de sensibilioribus in-  
fantum corporibus prædicandum esse,  
per se liquet.

## S. XIX.

*etiam in  
ablaet.  
tis.* Hæc omnia lactationis tempore  
comissa plerumque etiam in pueros  
ablaetatos redundant, aut certe tum  
demum temporis vim suam sanitati  
adversam exferunt; maxime cum ne-  
glectis diæta regulis a teneriori ali-  
mento ad crassius, ad carnis esum,  
variaque incongrua subito transcen-  
dunt; utpote in his omnibus præci-  
puum morborum puerilium fundamen-  
tum residet.

## S. XX.

*Dromo-  
sis respe-  
ctu natu-  
re & re-  
gimini.* In prognosi ferenda primo omnium  
probe tenendum esse arbitror, quod  
infantes, qui non a teneris, deli-  
catis, corporeque & animo morbidis  
parentibus, in primis matribus, ge-  
niti fuerunt; præ alius corpore animo  
que firmi, vegeti atque robusti esse  
soleant, nec tam facile damna a re-  
bus externis rependant, neque mor-  
bis tam cito implicitur, aut certe  
impliciti felicius inde evadant. Idem  
fieri deprehendimus, si bene valen-  
tes non adeo bene & delicate in vi-

ta & regime observantur, sed tem-  
pestive perferendis mutationibus sen-  
sim paullatimque adsuefiunt. Possunt  
enim consuetudine a teneris ita for-  
mari, & quasi indurari, ut ne ab  
externis injuriis tam facile lacerantur:  
sicut quam maxime in infantibus ru-  
sticorum & ex infima plebe natorum  
videre licet; utpote qui neque sanita-  
tis incommoda tam repente sentiunt,

## S. XXI.

Tum quoque sciendum est, omnes *Galio-  
rum cir-  
cumstas.  
tiarum.* infantum morbos, licet innumeri sint, faciliorum promittere sanationem quam adultorum, si rite illa instituat-  
tur. Nam prout tenerima infantum corpora a rebus adversis facillime impressionem recipiunt nocivam; ita e contrario a medicamentis & rebus naturæ amicis libenter admittunt me-  
liorem, ut ideo tot puerorum fune-  
ra deplorare non opus esset, nisi s<sup>e</sup>pe medici ipsi nocendo ista pararent.  
Præter hæc, constantis est observa-  
tionis, infantes corpulentiores &  
spongiosiori carne præditos, item qui lacte copioso vescuntur, aut nutri-  
cem habent succi plenam & corpulentam; præ alius frequentius morbis affici, maximeque rachitidi, tussi convulsiva & aphthis esse obnoxios; cum contra macilentiores frequentius febribus & inflammationibus pateant.  
Qui alvi sunt fluxilioris, plerumque melius se habent, quam qui sunt adstrictæ: & denique, quam con-  
vulsivi membrorum subsultus, epi-  
lepsia & tormenta maximam infantum partem vita privent; scire licet, pessimum esse indicium, si ista mala cum diuturnis vigiliis sint stipata, atque vel diutius durent, vel cre-  
brius revertantur.

## C A P U T II.

De Reginime Recens Natorum, &  
Preservatione a Morbis Infantibus.

## §. I.

*Infiniti  
ratio.* **Q** uicunque avertēre cogitat graviores infantum morbos, præcipue omnium eo debet respicere, ut a primo nativitatis momento omnes abigat causas, quæ morbos possunt insinuare, teneraque infantum corpuscula periculis objicere. Operæ itaque pretium fore confido, si in praesenti capite breviter strictimque doceam, quæ circa viatum, regimen, ceterasque res non naturales tam ex parte infantis, quam nutricis tenenda sint; ne forte imprudenti horum usu innocui infantes pessimum multorum morborum somitem extra omnem sui culpam nimis cito suscipiant, atque prima mox ætate fundamenta valetudinis per totam vitam labescunt jaceant. Multo vero magis hæc doctrina videtur necessaria, quia generalia quædam præmonenda sunt, quæ deinceps in speciali cuiusvis morbi explicatione abhinc repeti & in usum converti poterunt, ne unum idemque sapius proferre opus habeamus.

## §. II.

*Infans  
abluen-  
dus.* Quam primum in lucem editus est fœtus, statim debet, post vasorum umbilicalium ligaturam & resectionem, in balneo tepido ablui, quod vel ex sola aqua, vel ex aqua & vino simul mixtis paratur, huncque simul usum præstat, ut æqualis sanguinis distributio per totum corpus promoveatur. Inter hæc quoque obstetrici commodus conceditur locus & tempus, ut, si quid a partus laboribus male conformatum in capite, aut aliis corporis partibus compareat, ab eadem in melius effingatur, & in naturalem formam restituatur. Quare artus omnes blande contrectando explicit, crura & brachia sapius contrahat &

expandat, ut, quid in articulis matris; vel lensoris residet, dissipetur: neque minus inferiorem partus ventrem vola manus frequenter mulceat, & partes excretionibus dicatas, leniter fricando, ad fæcum eliminationem excitet.

## §. III.

Tum vero ante omnia dispiciendum, *debilis* est, an firmus, robustus, & *roboran-* *dus* rendis mortalium vicissitudinibus idoneus, an vero debilis ac infirmus sit partus. Id quod vel ex debili ejus voce & respiratione, vel exinde judicare licet: si ipsa mater teneræ morbidæque est constitutionis, & sub graviditatis decursu varis corporis animique ægritudinibus male fuit affecta, si agitatio fœtus, in utero adhuc existentis debilior justo se manifestavit, vel si partus difficilis, & ante justum pariendi tempus septimo aut octavo mense contigit. Siquidem his omnibus infantes multum infirmantur, & ad morbos redduntur proclives, dum ex sapienti CELSI effato imbecillitas omnibus morbis patet. Quod si igitur recens natus præter naturam debilis ex dictis signis concluditur, utique eundem refocillare expedit: quod optime perficitur, si more inter obstetrices recepto in vino tepido abluator, leniter fricitur, pectorique, dorso & vertici spiritus quidam analepticus inungatur, vel si halitus caryophyllis aromaticis, aliisque aromatibus mastacatis vigoratus ori inspiretur, vel paullum vini Rhenani, vel aquæ cinnamomi infundatur.

## §. IV.

At vero, quum tener quoque partus ab aeris injuriis mollibus linteis & *commoda* fasciarum involutione *dein-  
volven-  
dus*. communiendus sit; probe cavendum est, ne ex negligentia vel ignorantia damnum inferatur, & magnorum successu temporis malorum causa stabilietur. Præterquam enim, quod infantes sæpe ex nimia pectoris per fasciam constrictione gibbi siant, tabem incurvant, vel sapius vomant, & hæmiosi evadant: multa etiam impeditæ circulationis

incommoda vagitusque nimii, ab imprudenti arctoque nimis corpus tenelli involvendi modo proveniunt.

§. V.

*Meconii expurgatio ut infantes, qui ob denegatam alvi in utero exonerationem, intestina multis sordibus repleta in lucem afferunt, tempestive expurgentur. Jam vero ipsi, quam primum spiratum ducere, aerem que ambientem palmonibus haurire inchoant, mutua illa & crebrius repetita diaphragmatis muscularumque abdominis actione non modo ventriculum & intestina sua comprimunt, contentasque in ipsis feces ad exitum disponunt, verum etiam hoc salutari respirationis actu bilem in intestina, maxime in duodenum urgent, quæ deinde propter virtutem, qua pollet, abstergentem & stimulanten sensibiles intestinorum tunicas, leniter irritando, ad majorem contractionem & excernendas sordes animat, ut non raro vomitibus & alvi dejectionibus sponte abortis tenacia ista recrementa ejiciantur. Quod autem si minus etiam contingenteret, & tenellorum non sola sibi sufficeret, singulari divini Numinis providentia factum esse deprehendimus, ut puerperis lac primum tenue, serosum & subdulce, quod colostri nomine insignitur, concesserit, cuius abstergens diluensque facultas melius longe ac tutius, quam sâpe selectissima evacuantia, alvum subducit. Et licet ex medicis plurimi colostrum, cœn lac impurum teneroque infantum ventriculo lumine nocivum rejicere suadeant; aliter tamen ego, contraria inductus experientia statuo, & nulla inde damna pertimescenda credo; nisi fortasse lacteus ille liquor ex impuro fonte promanet, si puerpera vel contagio est infecta, vel jam ante partum insigni quadam sanitatis labe laboravit, vel sub duris partus laboribus convulsivis agitata fuit motibus, & adhuc male habet; vel si quando aliae concurrunt circumstantia, quæ tale medicamentum, a natura ipsa in mammis mulierum elaboratum interdicant.*

S. V I.

Quod si autem papillulae mammarum matris lactantis sint exiguae<sup>medicæ</sup>, ut tener <sup>tibus l.</sup> lactens easdem ore suo haud commode excipere, & nonnisi vehementi attractione quidquam ex iis alimenti elicere possit; aut si essent crassæ nimis, ut ipsæ capere nequeat, vel etiam si mater puerpera partum lactare recusat, aut lac in mammis non satis cito concipiatur omnino primis viginti quatuor horis aliis interea congruis laxantibus alvum a meconio suo liberare præstat, quam mox post partum nutrici robustæ & obesæ, infantem lugendum tradere. Etenim quum lac feminatum, quæ diu jam lactarunt, plerumque spissoris sit indolis, multumque alimentosæ & pinguis substantiæ contineat; non potest non tenellus ventriculus valde eodem obrui, & inde cruditati acida lactisque coagulum promptissima suppeditari occasio.

S. V I I.

*Sunt autem varii alvum ducendi modi. Sic enim plebs nostra tum usu, tum medicorum præceptis edocta mel cum butyro non salito, vel saccharum Penidium in oleo amygdalarum dulcesolutum primis a partu diebus successive propinat. Galli ac Batavi vinum cum saccharo edulcoratum, alii alia eodem scopo; nec infelici successu offerunt. Sed quia intentioni hæc non semper respondent, optime tum in parva quantitate efficaciora, ut syrupus rotarum solutivus, cichorei cum rheo, florum persicor. manna cum aliquot tremor. tartari granis in juscule data & similia, conducunt. Neque mihi illorum displicet ratio, qui eodem laxandi sine leniora suppositoria, aut minus his quidquam effientibus, clysteres commendant. Intestinum enim rectum in infantibus tam exquisitæ est sensationis, ut leviter saltē vellicatum feces contentas cito reddere soleat. Unde B. BOER-HAAVIUS in aphor. de cognoscendis & curand. morbis §. 1347. clyisma ex sero lactis saponato aut mellito recte injicere suadet.*

S. VIII.

## §. VII I.

**Dubium** Enimvero, sunt ex medicis nonnulli mevetur li, qui meconium non tam cito expurgandum esse contendunt; quia nulla facile impuritas ante conceptam a crimoniam & nocendi aptitudinem e corpore ejicienda esset, nullaque ratione ostendi posset, quomodo ha infantum feces, quæ per tot menses sine ulla noxa intestinis inkassissent, statim ut noxiæ cathartico expelli deberent. Et profecto, re penitus examinata, deprehendimus, qualitatem tam acrem & venenatam meonio non inesse, ut vulgo putatur. Illud enim per tot menses in tenuerrima alimentari fistula foyetur, neque tamen intestinorum inflammationem aut rosionem parit, neque ad excernendum illa irritat, nec colon, quod sua copia potissimum replet, ad cellularum elevationem valvularumque contractio nem stimulat: neque etiam putredine concepta foedos flatus & exhalationes emitit, nec calore exsiccatur, sed, ut sectiones infantum statim a partu mortuorum docent, consistentiam mellis habet, & odore caret.

## §. IX.

**& re-** Hactenus dicta quamvis verissima fellitur, & ipse ego præmaturam & coactam infantum purgationem jure rejiciam; aliud tamen statuendum esse arbitror, si neque infantes suo ipsius labore, neq; colostri adminiculo impuras sordes a matris nutrimento residuas eliminare valent. Tum enim omnino leni stimulante succurrere expedit: maxime cum ex segniori meconii evacuatione gravissima tormina, inquietudines, vigilias, cardialgicas passiones, hernias, pertinacissimam alvi obstruktionem, motus spasticos & convulsivos, aliaque symptomata originem duxisse neverim: quia sordes istæ non modo intestinorum tunicis se tenacissime insinuant, ipsorumque tunicas non raro conglutinant, sed etiam cursu lactis vel optimi crassis plane alienam eamque nocivam induunt. Unde etiam muliercularum plurimæ permotæ recens natos per viginti qua-

tuor horas esurire, & interea mel cum butyro propinare jubent, metuentes, ne purgato nondum corpore lac in coagulum densetur.

## §. X.

His ita provis, commodus infantibus vixtus, debitumque regimen ordinandum est. Merito autem lac præcipuum & quasi universale constituit alimentum, quia & cibum & potum simul suppeditat, ventriculo aridet, atque hoc fine ab optimo creatore tam sapienter constitutum est, ut mulieres sane statim post partum sufficientem ejus copiam in mammis accumulent. Quum autem vel a matre, vel a nutrice hunc in finem conducta infantes e mammis nutriantur; eo certe a parentibus, & quibus tenellorum concedita est salus, respiciendum est; ut lac purum & temperatum generent. Id quod vix melius obtinetur, ac si infantes feminæ exactam diæta rationem observant, eaque omnia fugiunt, quæ sui vestigia, utut sensibus abscondita, in dulci laetè relinquunt; & a nobis in superiori capite ceu noxia inter causas morborum sunt relata. Speciatim vero nutrix, si hanc eligendi necessitas postulat, sit sana, ætatis vigentis, ab anno vigesimo ad trigesimum, gracilis potius, quam obesa, bonis quoque moribus instructa, animi tranquillitatibus dedita, nec melancholica, iracunda, vel ebriosæ: neque si occasio fert, primipara, nec demum, lac nimis vetustum alat. Præter hæc vero, similiiter bona utatur diæta: & quum pauperes plerumque ac vilioris conditionis mulierculæ nutricum munere fungantur; sedulo videndum est, ne ipsæ subito a pristino vivendi genere, seu viictu duriori & parco, ad mollem, delicatum & plenum transeat, sed paullatim potius eidem adsuefiant. Si quando ipsis, ob infantum inquietudinem, somno per noctem satis frui non licet, eundem matutino tempore refarciant, cavendo tantum, ne nimium justo ipsi indulgentes, vitam agant otiosam atque desidem.

## §. XL

S. X I.

*Nixa ex  
nutri-  
bus mer-  
cenariis  
respectu  
urporis,*

Hæc qui secum perpendit, facile perspiciet, quantum ista matres delinquent, quæ citra periculum, vel ob icorbuticam humorum impuritatem, vel alias ob causas, quas prætexunt, teneram suam progeniem nutricibus mercenariis in dubias valde manus immisericordia quadam brutam superante tradunt, & ne pensi quidem habent, an sanam, an cacoehymicam; an bene moratam, an protervam meretricem conducant. Quid igitur mirum, quod fidem faciant innumera probatissimum auctorum testimonia, infantes a nutricibus malo victu utentibus ulceraria, scabiem, tineam capitis, crustam lacteam, aliaque cutis vitia reportare: a lue venerea infectis, eadem lue, aut ut ego observavi, pustulis & crustis contaminari; imo quoque mille aliis modis miserime affici.

S. X I I.

*¶ Anni  
ml.*

Verum enim vero, mediante lactis vehiculo & pravo hominum consortio non tantum corporis, sed & animi via latius serpunt: quare non adeo raram, sed frequenter proh! dolor obviā est, infantes ab optimis etiam parentibus genitos pessimis nonnumquam moribus corrumpi. Sic scio ex nutrice bibula infantes admodum stictulosos. Neque magnatum quorundam bibacitatem & crudelitatem multi auctores aliunde, quam a nutricibus, eadem vitiorum pravitate iniquitatis derivare contendunt. De qualitatibus lactantium cum lacte in lactentes translati egregia sunt verba WIRDIGII in medicis. lib. 1. pag. 25. §. 6. alieno lacte nutriti, inquit, ut plurimum degenerant & ad naturam nutricum naturalisuntur; ex lacte & spiritibus nutrītum adsumunt naturas nutricum & mores. Lacte humano cicurantur ferocissima animalia, ob spiritus temperatos, quos una cum lacte fugunt; ut contra homines ferino lacte educati ferini sunt & feroci, ut Romuli testasnr exemplum & Remi.

S. X I I I.

*Quantitas  
fugendè  
lactis.*

Quantitas fugendi lactis exacte determinari nequit; solent tamen

mulierculæ plerumque infanti primis a partu mensibus subinde omni bihorio; post tres quatuorve menses sexies aut septies; & demum bis tantum, vel ter in die mammas præbere, donec anni spatium fuerit emensum. Hic tamen in genere notari velim, serio cavendum esse, ne nimis crebro & præter necessitatem mammas offerant mulierculæ, sed omni potius ratione nimis appetentes abstrahant, quia ipsi, quoisque bibere debeant, ignorant: alias ista possunt mala suboriri, quæ in superiori capite evenire diximus.

S. X I V.

Sæpe incidit, ut lactis temperies variis ex causis corruptatur: quare, ne damna inde impendeant, præcavendum erit. Maxime vero omnium, ut supra diximus, lac a terrore lactantis vitium solet contrahere; unde, ne statim a terrore mammæ offerantur, optimum terroris noxam avertendi praedium est. Idem scire licet de iracundia: & quum labes a vehementi ira lacti insinuata post longiorem etiam moram tam lactenti, quam ipsi nutrici, e. g. in mammis, varia minetur pericula, opus est, ad ipsa præcavenda, tempestiva lactis emulsione.

S. X V.

Nonnumquam etiam accidit, ut vel infans ad lac e mammis suggendum impotens, vel nutrix ob morbum aliasve causas ad lactandum minus capax sit. quo in casu alia nutrimenta appropriata debent propinari, inter qua deferrenda sunt serum lactis dulce, juscula hordeata, avenacea, emulsiones amygdalinae lactiformes, vel ex crepatura hordei, addito vitello ovorum, emulsioni similis mixtura & similia.

S. X VI.

Eadem prosunt, & in usum duci pulmentum possunt, si lac solum ad nutriendum non sufficit; licet eodem fine pro varia sus & regionum & populorum constitutione etiam alia excogitata sint alimenta. Maxime autem hoc scopo apud nostrates celebrantur varia pulmentorum genera dum farina cum lacte vel aqua cocta in pultis

## 16 CAP. II. De regimine recens natorum;

pultis tenacis ac glutinosi consisten-  
tiam redigitur. An vero infantes, præ-  
sertim illustrium teneriores, ob ven-  
triculi debilitatem, cibis hisce visci-  
dioribus probe resolvendis suppares  
sint, hoc est, de quo valde dubito;  
ut potius inde sapissime viam ad visce-  
rum & mesenterii obstructiones sterni  
credam; sicut etiam HILDANUS  
*cens. VI. obs. 34.* desperatam pylori  
obstructionem a tali puplicula ob-  
servasse legitur. Multo minus debilis  
ventriculus tali puplicula debet valde  
repleri, vel intempestive, priori ali-  
mento nondum subacto, nova ejusdem  
quantitas denuo obrudi, quia hac  
ratione innocuam prolem multum laedi  
docuimus. S. XVII.

*Pulmen-* Neque probare ego vellem perver-  
*torum* sam muliercularum consuetudinem,  
*nociva* dum infantibus pulmenta ore prius  
*masticar* voluta & saliva commixta exhibere so-  
*nt.* Et licet hæc massa, saliva sanæ  
matris imprægnata, in chylum infantili  
ætati amicum facilius converti  
posse videatur: ego tamen vix possum  
adduci, ut huic opinioni penitus sub-  
scribam, his motus rationibus: quia  
tali masticatione non modo tenuissima  
pulmenti portio fugendo absumitur,  
sed etiam salivæ dentiumque corruptio-  
rum vitia, quæ ob summam materiae  
peregrinæ subtilitatem vix possunt  
percipi, facile cum teneris commu-  
nicantur.

## S. XVIII.

*Post ab-* Quando sub hac diæta infantes ad  
*tactatio* talem pervenerunt habitum, ut alijs  
*nem in-* alimentis capiendis & digerendis apti  
*fantum* videantur, quod intra anni spatium,  
*que ob-* aut serius adhuc contingit, ablactari  
*seruan-* possunt. Tum vero non minus, quam  
antea curiose sunt observandi, ne ma-  
la anteavita pleno nunc agmine ir-  
ruant. Inprimis autem ciborum mul-  
titudo, varietas & crassa consistentia  
fugienda est: siquidem cibi nimis sal-  
si, viscidæ, austeri, acidi & pingues  
copiosius ingestæ, minusque rite con-  
cocti largiori cruditatum acido-visci-  
darum proventui favent. Sic etiam æ-  
state nocent fructus horæi, crudi &

immaturi, qui plerumque in particu-  
larum suarum contextu acidum recon-  
dunt, quod fibras intestinorum irri-  
tando & spasmodice affligendo, dia-  
rreas, dysenterias, tormina & alia  
mala, adventante præsentim autumno,  
excitare valet. Quo demum pertinet  
panis non rite fermentatus, aut nimis  
recens, non exclusis saccharatis & dul-  
cibus, quorum interventu chylus ex  
facili in viscidum abit magma, quo  
dein lumbrici, ventris tormina atque  
durities &c. invitantur.

## S. XIX.

Nunc proprius quædam de præser-  
vandi methodo dicenda restant, quæ  
paucis explicabimus. Nihil vero ad  
præcavendos infantiles morbos conve-  
nientius deprehendi, quam, non mo-  
ficia.  
*Remedii* Remedii  
*præser-* do nutrici, sed & tenello, paullo et-  
iam largiori in quantitate frequentius  
offerre infusa herbarum sanguinem e-  
dulcorantia cum aqua facta. Quem  
in finem non possumus non vehementer  
laudare infusum scorzonerae, liquiritia-  
e, herbæ veronicae, semen fœniculi & similium. Ita enim lac tenuë  
ac fluidum redditur, quo minus angu-  
stiora vascula obstruere, sed per omnes  
corporis tubulos valdeque anfractuosos  
glandularum ductus ferri possit liberius.  
Neque etiam illæ sibi male consul-  
lunt, quæ post pastum semen fœniculi  
& anisi lac augmentis atque tormina  
infantum præcaventis portionem co-  
medunt.

## S. XX.

Quoniam in ventriculo & duodeno  
lac stagnans facile acefcit, corrosivum  
evadit & coagulatur, sique mille gra-  
via excitat mala: omni profecto cura  
& diligentia præsidiendum est, ut la-  
cis illa tam periculosa coagulatio pre-  
caveatur. Cui quidem scopo egregie  
serviunt pulveres, qui lapides cancro-  
rum, ovorum testas, radicem iridis  
Florentinæ, crocum, semen anisi vel  
ejus oleum, sperma ceti, cinnabarum  
& solutionem oculi cancri recipiunt,  
de quibus bis vel ter in hebdomade do-  
sis cum euphoria potest offerri. Sed  
quum exoptatum sanitatis infantilis ne-  
gotium

gotium maxime etiam in debita & sufficiente fecum alvinarum egestione versetur, & ut tonus ventriculi ac intestinorum conservetur, interdum quoque leniora laxantia, si opus est, sunt interponenda, quibus lactis coagulati noxae haud parum quoque avertuntur.

## §. XXI.

Hic vero omnia purgantia fortiora & acris, ut resinam jalappæ, scammonium, elleborum nigrum & similia, infamia & infantibus absolute noxia declaro; siquidem non modo ad torments & alvi astrictiones, sed & ad atrophiam & affectus convulsivos disponunt. Ab aloë quoque, ob nimium, quem excitat, fervorem & ebullitionem, item a fennæ foliis abstineant infantes; quia, quo plus remediis alvus ad excretiones irritatur; eo major egerendi postea difficultas, alvique tensio subsequitur. Imo quoque non tantum puerulis, sed etiam nutritibus talia exhibita plurimum nocent: siquidem laeti admixta tenellos sœpe convellunt. Hinc recte SYDENHAM epilepsia, inquit, puerorum primo mense sœpe aggreditur a frequensibus nimis alvi dejectionibus, & GALENUS sua jam ætate prudenter adseruit: quod corpora puerorum non deberent purgantibus exciscari; quia aliqui incremento prohiberentur. Et profecto, quantum recens natorum ventriculus tener ac debilis a purgantibus lœdatur, dici vix potest. Hæc enim medicamenta propter suam, qua pollente, virtutem fibras irritantem ventriculum & intestina ad spasmoidicas constrictiones excitant, eademque, cum debilitas succedere solet, lacescent, suoque tono ac robore privant, ut deinde turbata digestione, facilis negotio lac acescat & corrumpatur.

## §. XXII.

Ex mercurio, quocunque etiam modo parata remedia, præsertim in pulvere, pauloque majori & repetita dosi infantibus oblata, jure meritoque deleteria judicamus, partim quod gravitate sua hinc inde ploris ventriculi & œsophagi firmius adhaerescunt, partim etiam quod accessibilis acrioris & cor-

rosivi acidi vehementior em, eam que plane corrodentem naturam induunt: unde tonus intestinorum mirifice non tantum lœdatur: sed ad morbos quoque, ex debilitate generis nervosi & spasmodi orиundos via panditur, idque eo magis, si infantibus, qui corrosivam colluviem, ex fecum virore & tormibus judicandam fovent, temere prominuntur. S. XXIII.

Idem valet de aliis metallicis remediis, ut auro fulminante, martilibus, <sup>circa</sup> <sup>aliam</sup> venereis & antimonialibus, ut mercurio vita, pulvere Monckii & similibus, quibuscum profecto cautissime agendum est: quia admodum infida & insécura sunt remedia, quæ quatenus ab humoribus in prima regione residentibus solvuntur, operationes vel languidiori, vel vehementiori modo exserunt; imo fere prorsus enecant.

## S. XXIV.

At vero, non sola potentiora hæc <sup>circa</sup> <sup>leniora</sup> nus recensita graviorum malorum causam subministrant, verum etiam ipsi syrups & pulveres nimis crebro & copiosus oblati tenera infantum corpuscula sœpe valde lœdunt. Qua de re audiendus est CARDANUS, qui de malo recentium medicorum medendi usu cap. 48. graviter sui & nostri temporis morem de syrups & pulverbis exhibendis ita reprobat: error est, inquit, cum novitatem natis auxiliandi scopo alii syrups, alii pulveres, alii aliud consulunt; cum tamen constet, tam mallia membranulla debere permitari qualitate, sive purgante, sive adstringente. Tenella enim ista membrorum compages nihil fere innoxium, latè excepto, recipere potest. Temperatum quoque oleum amygdalarum dulcium cum saccharo sœpe exhibitum haud penitus noxa caret, prout fidem facit HARDERUS in apiaro obs. med. 99. ubi refert, infantem quendam, cui mulierculæ a partu oleum amygdalarum saccharo nuptum frequentius exhibuiscent, torminibus ferme continuis, & demum epilepsia correptum elapsis aliquot septimanis obiisse, in eoque post sectionem non solum viridia, qualia etiam vivus egesterat, ex-

B cremen-

crementa fuisse inventa, sed etiam intestini ilei portionem inferiorem manifesta gangrenosi adfectam. Nec dissimile exemplum infantis ex oleo amygdalino, alterius diebus dato simili morbo defuncti recenset Clar. Weissius in *diss. de abusu purgantium in recente natis.*

## C A P U T III.

## De Pathematibus ex Dentitione Difficili.

Dentium  
genera-  
tio.

**N**oluit provida natura hominem cum dentibus nasci, sed optimo potius consilio, ad præcavendas latitum inter lugendum molestias, providere, ut dentes semper paullatimque succrescerent; quorum prima, & in utero jam posita rudimenta initio quasi mera sunt filamenta membranacea, quæ succo nutritio repleta in mucum inspissantur, ex muco in cartilagineum indurantur, & ex cartilagineum in osseam firmitatem abeunt.   
*- tēpus erupcio-* Quamvis vero non unus idemque in omnibus dentitionis sit terminus, sed ipse pro subjectorum ratione differat; dum alii tertio, quartu, septimo, vel nono mense, alii autem vix intra anni spatium dentes accipiunt: nihilominus tamen hic solet in eruptione ordo plerumque servari, ut dentes incisores, qui etiam risorii & lactei dicuntur, a papillarum inter lugendum affictu præ ceteris maturentur, & in inferiori maxilla primo omnium erumpant, his deinceps canini succedant, & hos iterum molares excipiant.

## §. II.

**H**istoria. Licet hæc dentium eruptio opus & res plane naturalis sit, infantibusque nonnullis sine ulla graviori molestia eveniat; pluribus tamen propter variæ, quæ jungi solent, symptomata, ingentes creat molestias; unde dentatio difficilis suboritur, quæ non nisi tardior & dolorifica dentium ex maxillarum alveolis per gingivas eruptio esse solet, atque his maxime signis cognoscitur: Infantes calore præternaturali exardescentes favoribus tentantur, in somno, qui inquietus est, subsiliunt,

ploratibus defatigantur & vigiliis, lac ex uberibus avidius sugunt, ipsasque mammarum papillas mordent, & manus ori crebrius admovent. Tum quoque gingivæ in anteriori oris parte intumescunt, tumentes aut albican, aut rubent; saliva copiosius ad fauces destillat, ductilisque lympha ex ore sape pendet, & alvus vel obstruitur, vel per diarrhœam colliquescit. Imo demum his symptomatibus juguntur alia, eaque longe graviora, ut fere sunt acutæ febres, motus convulsivi & epileptici, graves maxillarum torsiones, & similia: quæ tamen aliter atque aliter afficiunt, prout gradu solet differre ipsa dentitionis difficultas, & subjectorum sensibilitas.

## §. III.

Causa dentitionis difficilis aliquando in dentibus ipsis, aliquando in gingivis esse deprehenditur. In illis residet, quando dentes exitum molientes vel grandiores acutioresque sunt, ut canini & oculares; vel quando segnius excrecendo, gingivas diutius rodunt, vellicant & terebrant; vel etiam, quando plures simul impetuosiori motu protruduntur. In gingivis vero causa est querenda, si iplarum crassities firmitiore textura pertinaciter obstat, quo minus dentes, in maxillarum loculis latentes libere possint exitum moliri.

## §. IV.

Quum vero a tali violenta dentium protrusione valde sensibilis gingivarum caro, quæ ex variis fibris, nervis ac membranis contexta est, non potest non insigniter lœdi, pungi, & inflammati: haud mirum esse debet, cur non tantum pruritus, calor & dolor gingivarum cum segniori dentitione conjungatur, verum etiam, ob irritationis vehementiam, factamque inde systematis nervosi commotionem, pavores, subsultus, inquietudines, vigilæ, vomitiones, asthmata, tusses, imo ipsi convulsivi & epileptici motus concitentur; idque eo magis, si infantes nativa quadam, vel acquisita cerebri nervosique generis debilitate, & ad spasmodicas constrictiones dispositionem

Ratio  
Sympto-  
matum

jam

jam antea laboraverint, quæ dein, dolore acuto cum febre urgente, in actum deducitur, multumque augetur. Neque ex longinquo repetenda erit ratio, cur præter naturam alyus sub dentitionis difficultate vel supprimatur, vel fluida nimis existat. Etenim, sicut omnis vehementioris doloris, ita etiam ejus, qui ex dentibus nascitur, ea solet esse natura ac indoles, ut universum corpus spasmis exagitando, simul etiam primas vias male afficiat: unde lac inibi facile acescit & corrumpitur, indeque pendens libera alvi exoneratio aut retardatur, aut nimis acceleratur.

S. V.

*Prognos-*  
*fr.* Quidam prognostica dentitionem in puerulis periculisam sepe ac funestam esse, satis proh! dolor comperimus. Graves enim & atroces isti affectus, quos non raro aut supervenire, aut jungi eidem diximus, sepe tantam virium imbecillitatem adducunt, ut expediundæ dentitionis pugnæ infans evadat impar, & perinde reliqua symptomata majus incrementum sumant. In primis vero gravis dubius eventus esse solet dentitio infantibus plethoricas & succi plenis, itemque iis, qui inmodico somno velut marcent; ut pote quibus malum omen ad futuræ convolutionis prænuntiat. *HIPPOTRATES lib. de dentitione.* Tum quoque idem gravissimus auctor dentientes cum tussicula tardius producere dentes, inque perforatione corpuscula laborantium magis extenuari adferit; sine dubio, quia tum per se tussis vires ad protrudenda necessarias enervat, tum etiam magnam succorum viscidorum & acrum in corpore præsentiam indicat, qui non possunt non dentientibus, gingivas vehementius irritando, graviter obesse. Similiter etiam pejus adficiuntur, qui alvo adstricta laborant, quam qui allvam laxam & fluidam sepe deponunt; licet pariter experientia confirmatum habeamus, quod non minus hi, quam illi præ dolore in ipso febrili paroxysmo convulsi moriantur. Porro, multum quoque interest nosse, an subjecta ægrotantia valde sint sensibilia, & for-

te a parentibus iracundis genita. Quod enim si ita fuerit, semper certiores sunt convolutiones, magisque dubii eventus; quamvis non omnes convolutione tentati moriantur. Denique, quo difficilis, & quo longiori tempore dentes erumpunt, eo maius est periculum, ne natura nimis debilitata tandem succumbat. Quæ autem divus ille senex *HIPPOTRATES* citato loco amplius prodidit, quod febres acuta laborantes convolutionem effugiant, & hyberno tempore dentientes facilius convalescant, id aliis experiendum committo.

## CURATIO.

## §. I.

*Q*ui consilio & auxilio imminentibus infantum morbis vult occurrere, primo omnium tempus dentitionis subventioni a natura dicatum, ut fere est tertius, quartus, septimus mensis, accurata computatione debet advertere, opera que laudabili ante ipsam dentitionis difficultatem infanti adesse, ut ne huic quicquam cibi vel solidioris, vel calidioris ad mandendum porrigitur, sed tenuissimus potius victus, maximeque tenuiores sorbitones propinentur. Quum vero insigni simul auxilio esse soleat nutricis fugentis temperantia, & conveniens præceptorum diæticorum observatio; eo sane pariter respicendum est, ut hæc omnia calefacientia, vinum, aromata, & quæ sunt ejusmodi alia, maxime fugiat, & sibi potius usum alterantium & humectantium, ipsiusque aquæ potum sedulo familiarem habeat. Neque vero hactenus dicta tantum ante molestam dentium eruptionem locum inveniunt, verum etiam sub ipsa possunt ac debent adhiberi.

## §. II.

In ipsa curativa methodo id maxime agendum est, ut dolor & inflammatio, quæ febriculas, convolutiones & diarrhoeas plerumque comites habet, placide fistatur, gingivæ laxentur & emollientur, sive dentium proruptio promoteatur. In quo quidem scopo obtinendo, si interna primum spe-

*Dietæ  
ante denti-*  
*tionem*

*Curatio  
internæ  
infantum*

stamus , præc. pitantia , & maxime quidem utus gelatinæ cornu cervi in potu dissolutæ , cum essentia papau-rhœados , item liquor noster anodynus mineralis , ad aliquot guttas interdum oblatus omnibus palmam reddunt dubiam . Neque præclaro suo usu caret mixtura crebrius exhibita , quæ ex aquæ lil. convall. florum tiliæ , primulæ veris singulorum uncia una , pulveris Marchion. & antimon. diaph. scrupulo uno , croci granis aliquot & syrapi de peonia , f. papau. rhœad. drachma una , additis liquoris anodynæ & spiritus salis ammoniaci paucis guttis , conflari potest . S. III.

*.. & nutritieis.* Sicut autem in gravibus infantum morbis nutrici saxe , quam infanti medicamenta dare præstat ; ita quoque hoc similiter observandum est in vehementioribus retardatae dentitionis symptomatibus . Quo fine ego insignem saxe opem vidi ex medicamentis antispasmodicis nutrici oblatis , ut sunt pulvères , qui radicem peoniae , cornu Cervi sine igne , unicornu fossile , succinum , cassiopeum & similia continent . S. IV.

*Alvi-  
bertas  
conser-  
vanda.* Nihil fere magis impetum humorum ad superiora concitat & auget , quam vonda. diuturnior alvi adstringit , & quæ inde pendet flatum & spasmorum in nervo-  
lo intestinorum tractu progenies . Quam ob rem nihil prius esse debet medico , nihil posterius , quam ut tum infanti clysteribus emollientibus & oleosis , tum ipsi nutrici convenienti medela alvi libertatem restituat , ne forte reliqua morbi præsentis curatio a tali fontica causa retardetur , vel prorsus suspendatur . S. V.

*Curatio  
per ex-  
ternas.* Sed externis quoque remediiis ad ipsas gingivas applicatis juvare decet . Quo fine ad gingivas emolliendas & relaxandas egregie confert lactis tremor , item butyrum insulsum tam solum , quam cum melle mixtum . Neque minus prodest , in ipsa illa parte , ubi dens prouerpere conatur , atque tumorem , dolorem & ardorem gignit , si cum per medium dissectam admoveare , medullam crurum vituli , vel mucilagi-

nem sem cydon ior cum vitelli ovo sum tantillo , aqua rosacea & syrupo violarum dissolutam , vel etiam cerebrum leporinum , quod specifice in tali ca-  
su laudari solet , adhibere ; sicut par-  
ter insigni juvandi energia pollet lini-  
mentum , ex spermate ceti , syrupo papau. albi , oleo amygd. dulc. croco & nitro paratum , carnique gingivatum dolenti inunctum . Quo demum perti-  
net mica panis albi cum lacte cocta , additoq; oleo rotarum & croco remi-  
ta , quam nonnulli , si anodina propter dolorem & inflammationem pos-  
cuntur , commendare solent .

## S. VI.

Quodsi vero dentes erumpere plane *Incisio  
gingiva-  
rum.* renuant , sectione ipsis parandus est exitus , & scalpello membrana , cui exremitates dentium incumbunt , in-  
cidenda est ; quod ego experimentum saxe ex voto successisse memini .

## C A U T E L Æ .

## S. I.

*C. curde-  
re.* In dentitione difficiili in primis no-  
cent omnia calidiora , purgantia , *media  
calida  
regi-  
men.* externa quoque valde spirituosa nati-  
bus oblata , vel adstringentia gingivis inuncta , quia inde , dum omnes in to-  
to corpore motus auctiores sunt , hi fa-  
cile exacerbantur , & febris , quæ fre-  
quentissimus & fere individuus doloris comes est , magis adhuc acceditur . Unde simili ratione peccant matres , quæ infantes in his morbis , cum dolo-  
re , febre & inflammatione junctis , ni-  
mis calido regimine tractant , & lectis aut conclavibus nimis calidis inclu-  
dunt .

## S. II.

*.. circa  
alvi  
fluxum.* Quum alvi libertas , etiam paulo major , nunquam fere non majorem faciat spem sanitatis recuperandæ , nulla sane ratione tum temporis alvum roborantia vel adstringentia debent propinari . Alias enim res periculi est plenissima , & convulsiones cum aliis symptomatibus longe citius certiusque subsequutas esse recordor .

## C A P .

## C A P U T IV.

## De Terminibus Infantum.

*Terminus de-  
scriptio.*

**S. I.** **E**X cunctis, quæ teneros cruciant infantes, afflictionibus vehementes abdominis dolores & inflationes frequentissime occurunt, quæ his maxime signis se manifestant. Primo ægri valde inquieti huc illuc se jactant & torquent, pedibusque calcitant; mammas aversantur, & continuum fere ploratum edunt: venter flabibus turgidus conspicitur cum spirandi angustia, ructus interdum ex ore impetuosis prorumpunt, alvus plerumque adstricta; & si deponitur excrementa ut plurimum viscosa, tenacia, plus minus colore viridi & æruginoso tincta, mox instar aquæ leniter flavescentis fluida reddit; mox vero instar albuminis ovi indurati grumosa dimittit, quod vernacula *mie Epergehadies* exprimunt; sape etiam tam'acria & corrosiva ejiciuntur, ut inde podex cum perpetuo tenesmo excoriatur.

**S. II.**

*- causa  
proxima.* Causam immanium harum passionum proximam & continentem potissimum spasticæ intestinalium membranarum, quæ nervosæ, valdeque sensibilis naturæ sunt, stricturæ constituant, quibus praesentibus & diu perseverantibus naturale intestinalium robur, tonus & motus peristalticus ita labefactatur & pervertitur, ut inde non modo expulso tam flatum, quam excrementorum retardetur; sed ingestorum quoque digestio, correctio & conveniens secretio impediatur. Quamvis vero ha' intensiores membranarum nervosarum constrictiones & crispaturæ per se valde dolorificæ sint; nihilominus tamen, quia flatus, ceu individuos spasmorum effectus, simul retinent, magnamque intestinalium distensionem inducent; sit omnino, ut inde omnium in toto corpore functionum œconomia mirum in modum perturbetur.

*Hoffm. Med. Syst. Supplcm.*

**S. III.**

*Cause*  
*mediae*  
Causam harum affectionum media-  
tam ut plurimum graves animi commo-  
tiones, per iram, terrorem, metum  
& tristitiam in lactantibus suppeditant, *animi affectus*  
quæ proxime & immediate in partes *lactan-*  
corporis nervosæ, maximeque in ven-  
triculum & intestina operando, natu-  
rale & æquabilem ipsorum tonum  
majori vel relaxatione, vel auctiori  
constrictione pervertunt. Et quando-  
cunque matres, durante graviditate,  
senticas istas animi perturbationes cre-  
brius graviusque expertæ sunt; infan-  
tes mox a partu & gravius & diutius  
diris hitce ventris doloribus afficiuntur.

**S. IV.**

*2. dolor.  
res in a-  
causæ lisis par-  
mi.* Sunt etiam ventris terminum & in-  
flationum haud infrequentes causæ *lisis par-*  
gravies aliarum partium dolores & spasmib.  
Ita enim ordinatio fere dentitione infantum difficultem & dolorificam moleste abdominis flatulentæ & termina, cum excretione alvi præternaturali penitusque immutata comitantur. Neque raro accusari debet frigus, improvide ventri pedibusque admisum, quo non modo liberior transpirationis succensus impeditur, verum etiam ipsa fibrillarum nervearum texture luditur, & ad statas concipiendas disponitur.

**S. V.**

Sæpiissime etiam fit, ut crebrior lat. *abuſus*  
xantium, multoq; magis incautus pur- *luxantiæ*  
gantium usus commodam huic malo *et pri-*  
occasionem suppeditet. Idque non *gan-*  
tantum in infantibus, sed etiam adul-  
tis observare mihi licuit; quippe qui,  
si quid gravativi sentientes purgantibus fuerunt tractati, non modo intole-  
rables ventris dolores, verum etiam abdomen tumidum & instar tympani-  
ticorum inflatum sape receperunt; ut postea sensibilis alimentorum canalis  
in statum naturalem vix maxima cura  
potuerit restitu.

**S. VI.**

*Cause*  
*remotæ*  
Si causas intuemur remotiores, de-  
prehendimus, terminosos intestinalium *conis res*  
dolores sæpenumero a meconio diutius *tenet* &  
retento, neque satis pet colostrum, vel lac *lac me-*  
aliud lene evacuans expurgato profici-  
scens

sci, utpote quod tum mora & copia accumulatum fibras intestinorum distendit & flatulentias excitat, tum a lacte superingesto acrius redditum, sensibiles intestinorum membranas ad dolorificam constrictiōnēm stimulat. Eundem subire censum videtur lac ipsum in primis viis corruptum, ascens & in grandinofos quasi globulos coactum, quod biliis & succorum fermentescibilium admixtione causticam induens nataram intestina pungit, rotit, lancinat. Hæc autem nociva fetum accedo & acido caustica indoles non modo per viridem, quo ipsæ tintæ sunt, colorem, & per vasorum, quibus excipiuntur, arrosiones; verum etiam per illud maxime experimentum, se manifestat, dum ab oleo tartari per deliquum adfuso viridis excrementorum color in flavum convertitur. Ult silentio denique prætereamus, quod canes, qui alioquin lacteas infantum fôrdes lubenter absorbent, plane tum a viridibus hisce excretis abhorreant.

## S. VII.

*... errores  
in diec.* Tandem in infantibus, præsertim ablactatis, permultum ad dolores intestinorum spasticos contribuunt fructus horæi, mellita, nimis saccharata & alia, quibus pueruli libenter se obruunt. Facta enim inde in primis viis fermentatione, facile succi acerrimi generantur, & accedente forsitan iracundia, corporisque refrigeratione, magna fôrdium inartilium copia accumulatur, unde præcordiorum angustiz, vomitiones, vehementes intestinorum lancinationes, imo ipse febres biliosæ suam mutuantur originem.

## S. VIII.

*Prognosis.* Quoad prognosin hæc maxime annotanda censēmus. Quo diutius atrocia intestinorum tormina sœviunt, & quo crebrius sensibilia tenellorum corpora infestant, eo solent esse graviora & periculosa. Quam facile enim febres, paralyses, asthmata, epileptica convulsiones & alia funesta junguntur mala, quæ, nisi cito convenientibus compescantur remediis, facile ad lethum

miseros ducunt. Qui a verminosa colluvie proveniunt intestinorum dolores, raro feliciter cessant, nisi vermis ipsi exturbatis. Neque in eventu præagiendo parum interest, ut subiectorum laborantium rationem habeamus: quæ si a parentibus imbecillioribus, & matribus imprimis ad spasmos hystericos dispositis prognata fuerunt, metus est, ne malum & vehementius torqueat, & multo crebrius recurrit.

## Curatio Cum Cautelis.

## S. I.

**M** Edico terminosos infantum *Curozio* ciatus curaturo primo omnium *nutriscis* incumbit, ut acidum primarum viarum corrosivum absorbere, corrigere & blande educere satagat. Quo fine, si malum, ut plerumque fit, a lacte corrupto & quibuscumque de causis vitiato originem traxerit; quam primum necesse est, ut nutrix vel prorsus mutetur, vel serio caveat, ne tum temporis cibis flatulentis, fructibus horæis, leguminibus, vinis, acidis, fermentantibus, aliisque lactis temperiem immutantibus indulget: quia his omnibus vel multum augetur, vel pertinacior redditur affectus. Tum quoque nutrici, si alvi ad strictione laborat, leniora prosunt laxantia, quæ inter maxime recensemus ihababarina, si e.g. drachma dimidia extracti rhabbari in uncia dimidia liquoris terræ foliatæ tartari & aquæ cinnamomi solutæ & vesperi ad LX. & plures guttas adsumuntur. Neque tum minus nutritiæ adjuvant medicamenta carminativa, item infusa theiformia, paucæ majori in quantitate hausta; utpote quæ in lacteis crassitie diluenda & resolvenda excellenter se gerunt.

## S. II.

Quod vero speciatim ad opem infantis regotanti præstandam attinet, *per cur-* primo omnium eo debet respici, ut acidum printis in viis obhærescens ad justam temperiem reducatur. Quo fine hic, qui sequitur, pulvis experte virtutis meretur commendari, qui ex lapidum cancerorum, matis perlarum, antimonii diaphoret. rad. ireos Florent. ana

## CAP. IV. De torminibus infantum.

23

ana drachma dimidia, croci granis tribus, olei anisi, macis, guttis duabus conficitur, singulisque biboriis ad grana V. vel VI. in decocto cornu cervi, vel aquis antispasmodicis & analeptica virtute præditis, ut florum tiliæ, cera-forum, melissæ, &c. cum pauxillo dia-scordii Fracastorii remixtis, cum fructu propinatur. §. III.

*Per cly-  
steres.* Nihil autem fere magis misere adflit-  
tos solatur, præter clysteres, qui tum  
blando tempore suo spasmum intellino-  
rum relaxant, tum etiam flatus, qui  
plerumq; torminum causa vel comites  
sunt, egregie discutiunt & evehunt.  
Quo fine ego laudatissimo sepe effectu  
applicari jussi enemata, ex herba ma-  
joranæ, floribus chamomillæ, & semi-  
nibus carminativis, cum juscule tenui  
avenaceo decoctis parata, & addita o-  
lei chamomillæ, vel anethi cocti suffi-  
ciente quantitate, adjectisque aliquot  
olei anisi guttulis efficacius redditæ.

§. IV.

*¶ Ia. nantia.* Interne data alvum tensam optime  
referant rhabarbarina, ut syrups de  
cichoreo cu[m] rhabarbaro, medicamen-  
tum nutrici supra præscriptum in mi-  
norî dosi oblatum, & electuarium, quod  
ex rhabarbari electi & liquidum can-  
cror equali portione cum syrupo cicho-  
rei vel rosarum solutivo subacta com-  
ponitur, & in decocto hordei, adjecta  
convenienti mannae quantitate, per  
intervalla propinatur. Neque possum,  
quoniam hoc loco approbem, vnde lau-  
dem methodum HEURNII, qui in  
*method. ad praxin Lib. II. c. 26.* adserit,  
se usu comperrisse, a seminis anisi scrupulo uno, grosso modo comminuto,  
jam recens natos puerulos commodissime  
a viridi bile & pituita foeda purga-  
ri, simulque clamatos ventris dolores  
sedari, si cum primo cochleari pultis  
saccharatæ offeratur.

§. V.

*nder an-  
tib. nra.* Si vermium in intestinis nidulanti-  
um suspicio adest; ea omnino dare ex-  
pedit, quæ inimicis hisce hospitibus  
enecandis & educendis accommodata  
sunt remedia; de quibus infra in pe-  
culiari capite dicendi locus erit.

§. VI.

Tandem etiam externis contra vim  
morbi simul pugnare expedit. Quo sco-  
po egregie se gerunt emollientia, ut  
sunt flores chamomillæ, sambuci, me-  
liloti, verbasci, semen foeni græci,  
anethi, crocus, &c. ex lacte cocta, &  
vel vesicæ suilla indita, vel linteo ex-  
cepta, abdominali applicata. Nec  
mihi illorum displiceret methodus, qui  
exterius ventris regionem circa umbilicu-  
m oleis destillatis, cumini, carui,  
anisi, foeniculi, chamomillæ & simili-  
bus, cum oleo nucis expresso, cha-  
momillæ cocto & axungia quadam ex-  
ceptis ac temperatis inungunt,

§. VII.

Quod tandem ad cautelas in hoc *cautela-*  
morbo necessarias attinet, utique con-  
sultum est, ab omnibus salmis, acribus *circa*  
& fortiter stimulantibus, præcertim *purgan-*  
purgantibus abstinere: admodum enim  
intutum est, saburram acerimam si-  
ne præmissa ejus correctione per lon-  
gum intestinorum canalem educere  
velle. Maxime autem omnium insigni  
nocendi qualitate pollut resinosa, ut  
resina jalappæ, quæ sane imprudenti-  
sime infantibus ex lacte corrupto & acri  
egrotantibus propinatur. Et licet ip-  
sa copiæ humorum aliquoties ejiciat  
continuo tamen stimulo & intestinorum  
irritatione spasmos facile adauget, &  
debilitatem relinquit. Si vero repurga-  
tione, quæ tamen raro exposcit, opus  
est, pulvis mechoacannæ albæ ad ali-  
quot grana cum syrupo datus prodest,  
aut potius collectam ventriculi & duo-  
deni saburram absorbentibus & corri-  
gentibus alterare, dein mannat, rha-  
barbarinis & clysteribus ejus excretio-  
nen moliri juvat.

§. VIII.

Sæpenumero hæc intestinorum tor-  
mina non tam a causa materiali pri-  
maluma *spasmos* *circum*  
mis in viis latitante, quam potius *ortum*,  
formali, seu vehementi nervorum agi-  
tatione, e. g. a gravi in aliis membris  
dolore per contensum producuntur:  
quo in calu, remotis luxantibus, pri-  
mo omnium ad spasmos & dolores so-  
piendos diriger da est curatio.

B 4

§. IX.

*circa  
clysteres  
eorumq;  
præpa-  
rationē* Si ullum remedii genus ob insignem, quam præstat, utilitatem meretur commendari, sunt profecto, ut supra jam innuimus, clysteres, qui immediate ad intestina pertingentes & tam sedando quam flatus discutiendo insigniter opem ferunt, si modo attendatur indicatio, ob quam tepida hæc fomenta injicimus, ut in iis apparandis aliquem habeamus delectum. Ita enim, si excreta alvi sunt liquida, instar laticis acerrima, ut non modo gravia ventris tormenta, sed & podicis excoriationem inferant, profundunt clystera ex lacte & saccharo; vel terebinthina in vitello ovi soluta, quæ acrimoniam temperando, intestini crassi & podicis rofionem avertunt. Quodlibet vero amurca viscida in intestinis oberrans, terminibus & flatulentiis ansam suppeditat, locum potius inventiunt enemata majori quadam resolvendi virtute prædicta, quæ stimulo intestinis crassis addito efficiunt, ut qui in reliquis intestinalibus hæret mucus, eo facilius postea descendat. Ita parari potest clystera ex decocti flor. chamomilla uncia una vel duabus, additis mellis rutacei una altera ve drachma, saponis Veneti drachma dimidia, oleique anisi aliquot guttulis.

## S. X.

*circa  
sedativa* Solent tandem mulierculæ plurimæ ejulatum perturbare, ad somnum in hoc morbo provocandum, varia sedativa, ut mithridatum, requiem Nicolai & alia propinare; sed pessimo plerumque ausu & effectu. Nam præter multa gravia mala, etiam mirifica mentis habetudo improvidum opiatorum usum superius solet excipere.

## C A P U T V .

## De Aphthis.

## S. I.

*Apha-  
tharum  
descrip-  
tio.* Q Uæ infantum os, fauces & celophagum obsident pustulae cum inflammatione quadam conjunctæ, in medicorum scholis dicuntur aphthæ, & nil nisi ulcuscula sunt parva, vix

miliæ aut cannabis semen excedentia, quæ nonnunquam, propter ardorem & dolorem, non modo inquietudines & clangosos clamores excitant, sed lactis quoque suctionem, ipsamque deglutitionem valde reddunt difficilem.

## S. II.

Differunt hæc oris pustulae ratione gradu: siquidem aliæ sunt indolentes, rubrae vel flavæ, & tantum per gingivas linguam & buccas in superficie dispersæ, ideoque benignæ dicendæ; aliæ contra sunt valde dolorificæ, lividae vel nigrae, ad vuulam, fauces & celophagum usque extensæ, ut sæpe totius oris ambitus quasi exulceratus videatur. Atque harum indoles plerumque est maligna adeo, ut carnes sæpe subiectæ profundius ad ossa usque extendantur.

## S. III.

Materia, quæ aptatas excitat, omnino est acerrima, penetrantis & cau-  
*causa*  
sticæ indolis, quæ in sanguine prognosticæ & in glanduloso faucium peristro-  
*materiæ*  
mate, ope glandularum, segregata tenerimam palati carnem rodit, inflamat, exulcerat: unde pustularum & complicatorum cum ipsis symptomatum origo.

## S. IV.

Inter causas vero mediatas, quæ ad ingignendam tam virulentam materiam disponere solent, maxime omnium referri debet, lac vel in puerperis & nutribus per incongruam victimæ rationem animique affectus inordinatos corruptum, vel in ipsis lactentibus variis ex causis coagulatum, & accessibiliis acrioris impurum valdeque acre redditum, quod cum sanguine communicatum non potest non totam massam sanguineam acrimonia quadam nociva imbuere, & sicut malis pluribus aliis; ita etiam aphthis occasio nem præbere largissimam.

## S. V.

Quæ cum ira sint, haud mirandum est, cur aphthæ variæ generis morbis, a sanguinis impuritate provenientibus *Sympto-*  
*matica;*  
*rum râ-*  
*vel jungi, vel supervenire solent, ut fere*  
*fit*

fit in febris acutis & malignis , tussi , diarrhoeis choleroideis , asthmate , dentitione difficiili & similibus . In febribus enim , ob nimium calorem , sanguis plerumque temperata & gelatinola sui portione privatus admodum facile latio-sulphuream diathesin acquirit ; in reliquis vero morbis antea nominatis acris quædam & vellicans materia pectat , quæ tussim , diarrhoeas & asthmata excitat , adeoque etiam aphthis progignendis apta nata existit .

## §. V I.

*--causa remota* Sæpe etiam causæ quædam externæ & occasioneis ad aphtharum progeniem conferunt , ut maxime quidem intermissa fauciū & lingua absterio , perversa febrium & aliorum morborum per calidiora medicamenta curatio , aut si corpora infantum & stuantia frigido exponuntur aeri , qui transpirationem cohibendo , sordium salino-sulphureum accumulationi imprimis favet . Neque hic excludenda sunt alia , quæ immediate laxiori fauciū compagi vim quandam inferunt ; sicut potissimum faciunt turundæ , ex linteo contorto cum mica panis vel saccharo repletæ , nec non frustula panis cerevisiæ intinctæ & infanti ad suffigidum oblata : quem morem non modo nostrates vilioris conditonis mulierculæ perperam sequuntur , sed LENTILLUS quoque Eph. Germ. Dec. 3. ann. 3. append. 94. in Suevia potissimum annotavit graviterque reprehendit . Nec sine ratione : siquidem inde partim fortiori affictu , parrim mutata saliva temperie facile molior oris interni cuticula arroditur , & pustulæ excitantur ; quæ tamen , nisi interna humorum acrimonia concurrat , placide decurrunt , & medentibus ansam dederunt , ut aphthas vel a causa interna , vel ab externa deduxerint .

## §. V I I.

*Prognosis* Quæ per oris superficiem rarius sunt dispersæ aphthæ , itemque indolentes , rubræ & flavescentes remedii facilius obsecundant , quam quæ totas fauces occupant , ad nigredinem vergunt , foetidumque odorem spargunt . Neque

multum periculi alunt , si ab externa potius causa , quam ab interna profiscuntur , pravamque succorum diathesin pro fundamento agnoscunt , quæles sunt , quæ symptomatice febribus acutis , aliisque gravioribus morbis junguntur . Pessimis quoque accensi debent , quæ magnam inflammationem , spirandi & deglutendi difficultatem junctam habent , quæ in morbis malignis funestum prænuntiat eventum , & iæpe post mortem per totum œsophagum ad ventriculum usque dispersæ subfectione conspiuntur .

## CURATIO CUM CAUTELIS .

## §. I.

**C**uratio aphtharum pro ratione causarum variat . Nam si suspicio tubest lactis vel in matre , vel in nutrice corrupti , tum illud omnino debet corrigi . Quod optime perficitur , si non tantum nutriens femina omnia , salsa , acris , spirituola & acida animique affectus serio fugit , sed & remediis utitur sanguinem purificantibus & temperantibus , ut fere sunt decocta radicum & herbærum temperatoria , diaphoretica absorbentia , & alvum leniter subducentia , quorum a nobis jam sàpius facta est mentio .

## §. II.

Si ipse infans mali somitem continet , per intervalla , syrupo mannato , vel cichorei cum thabarbaro ad drachmas sex paulatim dato debet repurgari , & istud circumspete tractari , quæ lactis coagulum impediunt , ejusque acrem intemperiem emendant , vitando simul omnia , quæ aphthis ansam præbere supra docuimus . Tum vero ad acrimoniam humorum temperandam optime profundit decocta avenacea , cum saccharo nitriq; pauxillo remixa , & potus loco oblata .

## §. I I I.

Quæ morbis acutis , vel aliis junguntur aphthæ , nunquam curantur , nisi morbo ipso , cuius symptomata existunt , vel mitigato , vel penitus superato . Minime vero in acutis multis laxantibus natura in motibus suis debet turbari , sed potius leniora diaphoretica , & emul-

*Curatio  
internæ  
nutriciae*

*z. & in-  
fantis*

*causis  
circum-  
stans*

emulsiones temperantes ex sem. IV.  
frigidis & papaveris pauxillo paratae  
omne absolvunt punctum.

## §. I V.

*Externæ remedia* Sed quoque externis rodentem aph-  
therum acrimoniam placere decet. Quem in finem linctus ex diamoro,  
succo granatorum & melle paratus,  
itemque succus raparum cum vitello  
oyorum & saccharo subactus, vel cre-  
mor lactis cum syrupo papaveris albi,  
vitello ovi tantilloque niri mixtus &  
vel digitis linteo involutus, vel peni-  
cillo applicatus. Nec minorem præstat  
opem vitellum ovi, cui aqua rosarum  
& saccharum admixtum, item muci  
lago semenis eydoniorum cum melle  
& pauxillo croci remixa pustulisque  
illita. Quæ denique ad os colluendum  
præscribuntur gargarismata, pūllis  
suadere nolle; utpote qui ad garga-  
risandum minus sunt apti.

## C A P U T V I.

## De Variolis &amp; Morbillis.

## §. I.

*Instituti ratio,* **E** Quidem jam in IVta medicinæ  
systematicæ parte, ubi de om-  
nis generis febribus agitur, variolas  
æque ac morbillos seorsim confidera-  
vi; nihilominus tamen de singulis  
jam pauca addere placet, quæ partim  
allata magis dilucidabunt, partim eo  
servient, ut totum rei negotium,  
quo exoptata horum affectuum cura-  
tio absolvitur, breviter in conspectum  
veniat.

## §. II.

*Variola-  
rum &  
morbil-  
lary dif-  
ferentia.* Variolæ quidem & morbilli, si pri-  
mum invadunt, ratione symptomato-  
rum valde inter se conveniunt, dum  
utraque morbi species cum febre ac-  
cedit, exanthematica & contagiosa  
est, epidemice graffatur, & univer-  
sum corporis habitum cum aliqua cu-  
tis elevatione deformat. Progredien-  
te vero morbo differentia facile adver-  
titur, dum in morbillis longe minor  
cutis elevatio appetat, pectus maxi-  
me maculis obsidetur, tussis excitatur

atque totus morbi decursus mitior &  
benignior deprehenditur, citoque  
terminatur; cum contra variolæ caput,  
manus & pedes potissimum occupent,  
maculae indies majores fiant & rubræ,  
quæ deinceps suppurantur, albescunt,  
exulcerantur & exsiccantur, ad quod  
perficiendum non solum plures dies  
requiruntur, sed vehementiora quo-  
que symptomata accedunt, & vesti-  
gia saxe indelebilia in cute rema-  
nent.

## §. I I I.

Numquam neque variolæ, neque  
morbilli sine febre eveniunt, certis-  
que temporibus plus minus benignæ  
vel malignæ sunt; nihil secius tam-  
en, si ægrius erumpunt, laboran-  
tes utplurimum delirant, somnia in  
somno terifica experiuntur, magnas  
pectoris angustias ipsiusque gutturis  
doles sentiunt, urinam albam min-  
gunt, nihilque alvi deponunt; quia  
diversis aliunde humoribus feces ex-  
siccatae remanent. Imo sepe epilepti-  
cis convelluntur subsultibus & mor-  
bis periculo expositi sunt; nisi his o-  
mnibus in melius conversis symptoma-  
tibus quietiores fiant, & liberior e-  
xanthematum eruptio facilius succedat.

## §. I V.

Symptomata cum urroque adfectu  
conjuncta utplurimum a febre, & ab-  
hinc pendente sanguinis impuri ebui-  
tatione proveniunt. Quam ob rem non  
mirum esse debet, cur sanguinis cursu  
ad superiora impetuosis directo pectoris  
anxieties, tusses & cordis palpitati-  
ones, in capite cephalalgiae, deliria,  
oculorum & faciei inflammations, la-  
ceriarum fluxus, raucedines, saliva-  
tiones &c. eveniant, & præterea, pro-  
pter nervorum a materia caustica ro-  
dente vellicationem tormenta, epile-  
psia, tremores, nervorum subsultus  
& similia pessimam ludant tragediam.

## §. V.

Multum omnino refert, ut sciamus, *Variolæ  
rū diver  
gradus*  
quam variolæ præferant indolem, &  
an malignæ, benignæ, an mediæ sint  
nature. Pessimæ autem sunt, si depre-  
se cum foecis, vel etiam valde ardentes.

CAP. VI. De variolis & morbillis.

27

ees, acuminatæ & simul confluentes conspicuntur; si violaceæ, lividæ, aut proorsus nigrae, & vel petechiis, vel purpura, præfertim alba interstinctæ apparent; si febris post eruptionem magna cum anhelitus difficultate permanet, & vel mictus cruentus, vel narium hemorrhagiaæ, cruentaque alvi dejectiones sociantur. Pessimæ quoque indolis sunt, si in vesiculas sero vel acuti, vel sanguinolento repletas dehiscent, & ad suppurationem tendere renunt; aut si demum in lentas & hecetas febres desinunt, malique moris ulcera vel abscessus relinquunt. Benignas contra dijudicare licet ex remissiori symptomatum vehementia, pustulis debito modo & tempore erumpentibus, suppurantibus & arefcentibus. Quæ vero medie naturæ dicuntur variolæ, inter utrasque obtinent medium malignitatis gradum; uti nos pluribus in capite citato de variolis ostendimus.

S VI.

*Morbilorum differentiæ* Morbilli perinde gradu differunt, semperque maligni haberi debent, si quando, ut in plebeis & sub inimica aeris constitutione fieri solet, alia exanthematum genera immiscuntur, si tussis, nimia raucedo, & febris diutius durant, morboque declinante gravis remanent symptomata, quæ morbis chronicis ansam præbent facillimam.

S VI I.

*Diversorum gra duum causa,* Pendent autem hi diversi malignitatis gradu ab ipsa subjectorum laborantium constitutione & natura. Ita saepius iterumque observare mihi licuit, quod pueri succulenti sanguineque copioso prædicti, maxime si a parentibus morbidis fuerint prognati, & propter victimum incongruum impuros in corpore humores collegerint, sub morbosa cœli iniquitate præ ceteris variolas malo omne recurrentes incidere soleant. Etenim, quo major materiae impuræ intus latitatæ copia, & quo minus naturæ robur eidem foras propellendæ sufficit; eo etiam difficiilior est morbus, cuius unica certe medela in decenti materiae peregrinæ ad

habitum corporis propulsione, debita que exhalatione consistit.

S; V I I I.

Tum quoque ad augendam horum affectuum malignitatem non parum conferre solent, perversam ægrotantium regimen & commissi in diæta errores, itemque aliae, quæ præter mortem inunguntur circumstantiæ, ut præcipue sunt vermes, qui naturam in motibus salutariter institutis sepe aedetur, ut omnia in pejus ruant symptamata. Siquidem ego non raro spasmodicas artuum tractiones, cum aphonia, ventris tormentibus & nimia salivatione concitatas novi, quæ nunquam subsequuntæ fuissent, nisi verminosa progenies ansam suppeditasset. Sæpe etiam diarrhoeæ & salivationes nimiaæ, incongruo tempore obortu statu pejorem afferunt, licet moderatae hæ evacuationes, si in principio & fine morbi critice incident, plus plerumque pro sint, quam obsint.

S. I X.

Qui pernicialibus his morbis pertinet, ut plurimum inflammatione partium internarum & subsequentे sphacelatione, vel suffocatione per anginam & catarrhum suffocativum moriuntur, dum scilicet acris caustica materia vel non satis expellitur, vel expulsa recedit, & in sensibili nervorum systemate graves spasmos, imo epilepticæ convulsiones excitat, quæ, si post factam eruptionem aut perdurant, aut revertuntur, multum plerumque alunt periculi. Nonnunquam morbus videtur declinare, & de ferocia sua confessim remittere, quod vero non raro indubium mortis indicium præbet, quia tum materia plerumque ad partes nobiliores revertitur, unde extrema frigent, & subito faciei, totiusque cutis intumescens subfides. Atqui sic demortui, cultro anatomico dissecti persæpe exhibent viscera pluribus pustulis & maculis lividis obsessa, vel etiam ventriculum cum intestinis magna copia variolarum quoad superficiem conspersum; ut ipse ego non solum crebrius

*Quæ am  
plius  
recen  
sentur.*

annotavi, sed alii quoque fide digni  
auctores.

## C U R A T I O.

## §. I.

*Curatio per dia-phoretica* **T**Otius curationis cardo in eo potissimum vertitur, ut materia acris & caustica temperetur, corrigeatur, & a partibus internis ad externas perentia propellatur. Quo scopo præcipuum merentur commendationem pulveres absorbentes & blande diaphoretici, qui acrimoniam corpori infestam in variolis & morbillis non modo contemperant, sed optimo etiam effectu ad externum corporis habitum propellunt. Atque tales pulveres ex cornu cervi philos. præparati, usci, lapidum cancerorum antimonii diaphoretici ana drachma una; succini præparati, nitri purif. ana drachma dimidia, cinnabaris, corticis cascarillæ ana granis XV. ol. macis guttis IV. commode possunt parari, & pro xatis ratione debita dosi exhiberi. Neque tum laude sua carent emulsionem temperantes, vel dictis pulveribus interponendæ, vel cum iisdem conjunctim propinrandæ, quales ex seminum cardui Mariæ, frigidiorum majorum, papaveris albi ana drachma una, aquæ cardui bened. flor. sambucci, ceralorum nigr. rosarum, florum tiliæ ana unciis duabus, conficere hactenus consuevimus. Huc quoque eadem intentione pertinent decocta cornu cervi & hordei, avenacea, ptisanæ hordeaceæ cum siccibus paratæ, serum lactis dulce & similia, quæ tum in acrimonia temperanda, tum in placidiori exanthematum eruzione promovenda maxime merentur laudari.

## §. II.

Hactenus recensitis absorbentibus, diaphoreticis & demulcentibus, si *bezardica* prudenter administrantur, totum cu-  
*or balsi-* rationis opus feliciter absolvitur; ni-  
*mica*, si vel in retardata exanthematum eru-  
ptione dictis pulveribus bezardicis tantillum mirrhæ ac croci adjicere, vel parum liquoris bezardici, ut spi-

tus Buffii & liquor noster anodynus est, propinare, vel, durante suppuratione, liquorem myrrhæ aquosum cum sale tartari paratum, ad acrimoniam temperandam, offerre velimus: quod medicamentum simul pectus, si tussis valde urget, egregie solatur.

## §. III.

Inter symptomata cum variolis & *Curatio ventris* morbillis conjuncta imprimis referri debent torminosi interIORUM cruciatus, & tenesimi, quibus vix melius possimus mederi, ac si oleum amygdalarum dulcium recenter sine igne expressum ad cochlear unum cum decocto cornu cervi & hordei, vel juscule avenaceo, subinde propinatur.

## §. IV.

Quando raucedo cum tussiculosa - *ruffis* pectoris concussione valde urget, optime conductit electuarium ex oleo amygdalarum dulcium recenti, spermate ceti, syrupo violarum, & croco paratum, & cum potu calido cerebrius exhibitum, non exclusis decoctis avenaceis cum saccharo canto & ovi vitello parandis.

## §. V.

*Hæmorrhagia* si incident, cautissimus sit adstringentium usus, sed tantum ad impetum sanguinis moderandum prosunt mixturæ ex aquis antipasmodicis, discordio Fracastorei nuptæ & cum pulveribus præcipitantibus leniter nitrofis oblatæ.

## §. VI.

Variolæ faciem præcipue petunt, aciemque oculorum facile lèdunt: quare præservandi fine commendari meretur lac muliebre, aqua rosarum dilutum, & cum modico myrrhæ & croci remixtum, vel aqua rosarum & florum sambuci cum tercia parte liquoris nostri anodynæ, & momento camphora vigorata, oculisque applicata.

## §. VII.

Nihil plerumque magis a medico poscitur, quam ut faciei nitoris & pulchritudinis conservandæ curam gerat, ne profunda relinquantur cicatrices faciem deturpantes; quod fieri ple-

*rum*

rumque videmus, si materia acris nimis profunde cuti inhæret. Licet autem raro in totum evitari possint tardiora istæ cutis deformitates; aliquid tamen petitionibus dandum, & limentum commendandum est, quod ex axungia humana recenti, cum solutione lythargirii in aceto facta patratur; modo caveatur, ne nimis citio, sed arescentibus demum papulis adhibeatur.

## §. VII I I.

**D**efēctio  
narium Nares sæpe internæ variolis obsiden-  
tur, & obstruuntur, quo minus dein liberior aeris in-& exspiratio rite potest succedere. Quam ob rem, si opus est, illæ commode possunt illiniri oleo amygdalarum dulcium cum olei majoranæ tantillo & pauxillo camphoræ remixto: quod remedii genus locum pariter invenit; si fauces exulceratae opem exposcunt.

## C A U T E L Æ.

## §. I.

**C**auteles  
*circa regim* Sullo in morbo accuratum vitæ regimen tenendum est, observari quam maxime debet in variolis & morbillis. Præsertim autem aeris regimen ita moderandum est, ut nec ægrotantes nimis calidis tegumentis prope fornaciam cooperiamus, nec in hypocaustis humilioribus & frigidis detentos frigoris injuriæ exponamus. Utrumque enim periculosisimum est, dum altera ex parte, ob facilem internorum inflammationem auctamque materia peccantis acrimoniam, deliria, hemorrhagiae & alia mala concitantur, ex altera vero exanthematum eruptio vel retardatur, vel pustulæ retroaguntur.

## §. II.

*circa vitium* In principio statu morbi carnes vita-  
re decet, omniaque alimenta multum succi præbentia; nisi majorem arces-  
sere velimus putredinem. Vitentur quoque nimis dulcia, eaque præser-  
tim viscida, quia humorum viscosita-  
tem augent. Id quod in morbillis si-  
militer valet de acidis, temperandi  
ardoris gratia cum potu datis; si qui-

dem tuſſim, quæ fere induimus hujus morbi comes est, plerumque vehemen-  
tiorem reddunt.

## §. III.

Veteres medici inter morbi initia, *Uſus fri-  
ctionis* ad materiam hostilem a partibus in-  
ternis evocandam, externæ frictiones  
partium extremarum cum pannis cali-  
dis valde commendarunt; quod reme-  
dij genus nec ego rejicere ausim; quo-  
niā ad meliorem cutis perspiratio-  
nem haud parum conferre videtur.

## §. IV.

Remedia alvum ducentia magis *Juxta ita*  
prefervandi, quam curandi scopo utilia sunt; nihilominus tamen crebrius  
ego in morbi principio, si propter sum-  
mam sanguinis ebullitionem humo-  
res vehementius ad caput & pectus  
propelluntur; clysteres ex decocto hor-  
dei, saccharo, & oleo amygd. dulc. par-  
atos applicari jussi, idque inde obti-  
nui, ut optata symptomatum remissio  
subsequuta fuerit.

## §. V.

Sæpe, licet omnia diligentissime ob-  
serventur, in fine morbi nocivæ per-  
manent reliquie, quæ peculiarem opem  
postulant. Ita si ulceræ mali moris re-  
stuant, unguento de cerusa camphora-  
to, vel lythargirii sunt tractanda, vel  
iisdem balsamica, ex essentia myrræ,  
succini, balsamo Peruivano confecta,  
vel balsamum nostrum vitæ, aquæ sclo-  
petariae nuptum injicienda. Quicquid  
vero malo evenit, semper tamen in-  
ternis purificantibus debet insisti:  
Quem in finem non modo alvus lenio-  
ribus laxantibus, ut tinctura rhabar-  
bari per intervalla debet subduci, &  
saluberrimum transpirationis negotiū,  
debito regimine infusis herbar. calidis  
veronicae, scordii, scabiosæ, rad. glyzyr-  
rhycæ & sem. fœnic. pulveribusq; dia-  
phoreticis promoveri; verum etiam  
temperatis balsamic. e.g. essentia myr-  
rhæ aquosa & aliis desperdita sanguini  
temperies restitui. Juvat hic quoq; exa-  
cta diætæ ratio, quæ in eo potissimum  
consistit, ut inter cibos dura, salsa, flatu-  
lenta fugiantur, potuiq; decoct. rad. chi-  
næ, sarsaparil. glyzyrs. &c substituantur.

## §. VII.

Prefat  
vōdi me  
ethodus

Hactenus commendata interna remedia similiter præservandi scopo ex usu sunt, si quando propter inordinatam aeris constitutionem, vel propter aliorum jam ægrotantium contagium, hæc exanthemata sunt pertinacenda. Nam malmum omnino refert, ut corpus ad morbi impetum fælicius sustinendum antea bene præparetur.

## C A P U T VII.

## De Epilepsia &amp; Convulsionibus.

## S. I.

*Intensio  
auctoris* **V**eram tam epilepsia, quam convolutionum ideam jam in parte 3. tom. 4. Medic. systemat. fuisse suppeditavi, ibique argumentis fat ponderosis evici, causam morbi alterius in spasmo duræ matris, alterius in spastica membranarum, medullam spinalem investientium stricture ponendam esse. Nihilominus tamen, ut seorsim innotescat, quænam maxime res infantes horrendis hisce adfectibus subjiciant, quibusque remediis depelli isti debeant; et re fore arbitror, ut in præsenti morborum infantilium disquisitione, specialia quædam & magis ad infantes pertinentia adjiciam.

## S. II.

*subjic.  
etia* Solent autem epilepsia pariter atque convulsiones teneram ætatem, quam ab anno primo ad septimum extendimus, præ ceteris frequentissime torquere, non aliam ob causam, quam quod in infantibus partes nervosæ membranaceæ sensuque exquisitiori prædictæ ex tenerimis admodumque mobilibus fibrillis sunt composita, quæ levissime tantum irritantæ, in spasticas & irregulares commotiones facillime conjiciuntur. Quam ob rem etiam usu venire solet, ut, quo tenerior & ætate minor est infans, & quo majorem a parentibus vel animi affectibus deditis, vel eodem olim morbo affectis obtinuit sensibilitatem, eo etiam faci-

lius ac vehementius tam epilepsia, quam convulsionibus corripiatur.

## S. III.

Tum quoque truculenti hi adfectus facile solent accidere, si non modo matres uterum gestantes salutares diætaæ leges neglexerunt, sed etiam nutrices lactantes hystericas vel aliis nervosi generis pathematibus laborant; si acetaria, acria, fructus horæos, aliaque incongrua copiosius devorant, spirituosa liberaliori manu adsumunt; vel lacte copioso æque ac crasso, & in ventriculo acescente pusillos sibi demandatos nutriunt. Neque adeo rarum, sed mihi aliquoties obvium fuit, perfacile suientes in convulsiones epilepticas, easque difficulter curabiles incidisse, quando nutrices vehementi animi affectu, præsertim ira, terrore, timore percutiæ mammæ statim ante debitam lactis emulctionem & correctionem obtulerunt; aut si quando menstruas purgationes, quibus ab initio lactationis ad tempus caruerunt, denuo expertæ fuerunt.

## S. IV.

Deinceps experientia demonstrat, & dolonnonnunquam tam comitialem, quam convulsivum morbum suboriri, si *volari* partes quædam nervosæ spasmis vel *partium* doloribus agitantur, & consensu lege ipsæ meningum & medullæ spinalis membrana simul adficiuntur. Fieri hoc maxime deprehendimus a meconio in primis viis retento & per moram acri reddito, item a ventris tormentibus & vermbus sensibiles intestinorum tunicas lancinantiibus, nec non a doloribus ex dentitione difficulti subortis, & purgantibus fortioribus, iisque præsertim crebro oblatis. Siquidem hæc omnia sunt comparata, ut in subjectis sensatione paulo majori præditis facilis negotio epileptico-convulsivo motus ciere valeant.

## S. V.

Sicut illi denique pueri ab epilepsia & convulsionibus præcautentur, vel liberantur, quibus favi, crusta, *exan-*  
*thematibus*  
*verocius*  
*fasciæ*

## CAP. VII. De epilepsia & convulsionibus.

31

lactea & scabies cum pustulis superveniunt; ita hisce impuritatibus impudente retropulsis sape sèpius higravissimi morbi originem debent. Quod similiter valet de variolis & morbillis, quorum vel impedita eruptio & nociva retrocessio, vel improvida cura infantes numero plurimos epilepsis & convulsionibus enecat.

### S. V. I.

*Prognosis.* Quæ febribus acutis, petechiæ libus, morbilliosis & variolosis supervenient convulsiones & epilepsias, mali sunt ominis; nec etiam pericula carent, quando ex dentitione difficili & ventris tortuibus subortæ diutius affligunt. Quibuscumque higravissimi morbi, teste HIPPOCRATE Sc. II.

3. aphor. 28. & experientia circa annum septimum non solvuntur, iis plerumque usque ad aliam ætatis periodum misere inherent. Nec denique minus ex ipsa paroxysmorum frequentia prognosia petenda est; ubi sciendum, quod quo crebriores sunt accessiones, eo magis timendum sit, ne natura demum superata succumbat.

## C U R A T I O.

### S. I.

*Curatio mali ab animi affectibus* **S**icut in omni morbi genere; ita non minus in nostris affectibus tota medentis intentio ad causas debet esse directa; unde ipsi fuerint suborti. Quodsi itaque ex vitio nutritoris per terrorem aut vehementem iracundiam commotæ malum originem repetit, lepositis omnibus spirituosis, acribus & irritantibus, ead expedit; quæ inordinatos & spasticos nervosi generis motus placide compescunt; ut in primis faciunt clysteres, ex flribus herbarum emollientium & seminibus carminativis parati, itemque pulveres antispasmodici, ex pulv. Marchion. cinabari & moschi tantillo confecti, & vel soli, vel in vehiculo aquatum, sedante quadam virtute prædicta.

tarum, flor. tiliæ, lili. convall. primulæ veris, aurant. &c. propinati.

### S. I. I.

Neque parum differt curatio quando a lacte in ipso infante corrupto & corrosivo reddito morbus profiscitur; siquidem tum pariter, præter clysteres demulcentes, egregius pulverum absorbentium cum croco, moscho, vel momento extratti castorei remixitorum est usus; maxime si simul decoctum cornu cervi paulo spissius pro potu adsumatur. Quodsi vero simul primæ viz a fôrdibus acido-corrosivis sunt purgandæ, fieri id potest decocto manna successivæ dato, cui aliquot guttulae olei tartari per deliquum instillentur.

### S. I. I. I.

Quando lac crassum & copiosum mali causam suppediat, infans pauciori lacte alendus, & talia nutrici nutrimenta præbenda sunt, quæ illud fluidius serosiusque efficiunt. Sæpe etiam in tali statu ventriculus a latè stagnante & coagulato multum est infarctus: ubi sèpe lene emeticum extra paroxysmum oblatum prodest, quod ex tertia vel quarta parte unius grani tartari emeticici cum syrupo violatrum & aqua quadam destillata remixti componi potest.

### S. I. V.

Meconium primis mensibus non amere expurgatum, & subsistendo acrius factum quando ansam malo porrigit, debet illud senioribus laxantibus cum absorbentibus junctis evacuari, maxime vero per electuum, ex syrupo cichor. c. rhabar., extracto rhabar. lapid. cancrorum & pulvere March. compostum. Vermes contra per remedia ipsiis accommodata sunt interficiendi & expellendi.

### S. V.

Si quando epilepticum malum ex repressione scabiei, tineæ capitis vel exanthematum aliorum exanthematum suboritur, matutine ea debent propinari, quæ materiam impuram ad habitum corporis revocandi

candi virtute pollut; in primis au-  
tem vesicatoria nucha applicata in  
tali casu saepe usum præstitisse no-  
vimus. Atque hoc etiam experien-  
tia FERNELII videtur confirmatum,  
qui multos epilepticos per fonticulos  
& setacea curatos refert.

## §. V I.

*Causio* Solent nonnulli, nec adeo incele-  
*civis so-* bres medici ad sedandos vehemen-  
*datius* rissimos solidorum motus, interdum  
opiata, ut massam pilularum decy-  
noglossa, theriacam celestem atque  
alia commendare, sed saepe infau-  
stum inde vidi effectum. Quare cum  
hinc cautissime mercandum esse cen-  
se; quod itidem valet de volatili-  
bus, quæ etiam extrinsecus adhibi-  
ta saepe sanguis nocent.

Ceterum plura ad curationem per-  
tinentia ex parte III. Tom. IV. me-  
dicinæ Systematicæ huc possunt re-  
ferrri.

## C A P U T VIII.

De Tabe seu Atrophia  
Infantum.

## §. I.

*Atrophie* Inter morbos infantibus familiares  
*definitio* non insimum tenet locum tabes,  
quæ est paularina universis corporis  
consumptio cum abdominis inflatione  
& insigni functionum lassione plerum-  
que conjuncta.

## §. I I.

*Historia* Talis autem plerumque hujus ma-  
li ortus est atque progressus. Inter  
initia artus tam inferiores, quam superiores incipiunt flaccescere & mar-  
cescere, abdomen vero distendi; ad-  
est spiratio difficilior, lassitudo cor-  
poris, alvis modo strictior, modo  
solutior, appetitus vagus, cibis ma-  
xime frigidis dicatus. Incremente  
malo facies propter tempora collapsa  
adspicetur est misera & pallida, pal-  
pebrae post somnum tument, costæ  
protuberant, scapulæ alarum instar  
prominent, cibi plerumque semidi-  
gesti excernuntur, & dolores cir-

ca umbilici regionem lancinantes fe-  
re percipiuntur; urina mingitur cras-  
sa modo, modo rubicunda; somnus  
est turbulentus, & circa noctem len-  
tus calor cum oris siccitate & siti ad-  
fligit.

## §. I I I.

Minime hic noster affectus debet  
confundi cum gracillitate corporis  
que macillentia, quæ a pinguedinis  
defectu, vel ejusdem propter varias  
causas consumptio oriunda saepe u-  
nam tantum alteramve partem occu-  
pat, neque tamen totius corporis fun-  
ctiones laedit. Tum quoque probe  
debet discerni a thachitide, in qua par-  
tes quidem nonnullæ contabescunt.  
sed artus simul tumore, contractura  
& incurvatione deformantur. Neque  
minor cautio adhibenda est, ne ta-  
bem ceu primarium effectum pro il-  
la tabescentia habeamus, quæ ceu sym-  
ptomata alias morbis, ut febribus,  
variolis, morbillis, diarrœis, lum-  
bricis &c. supervenit. Tandem vera  
tabes minime est commutanda cum  
marcore, qui a defectu lactis depen-  
det, facileque cognosci potest ex nu-  
tricis uberbibus, si flaccida sunt & la-  
ctis omnino egena, si ipsæ nutrices  
non bene appetunt, si infantes parum  
mingunt, plorant, vagiunt, si que ali-  
mento oblatu conquiescant, & mam-  
mas cupidi arripiunt.

## §. I V.

Qui pereunt hoc morbo, in horum  
sectione plerumque glandulae mesen-  
terii tumefactæ, scirrhose, vel ipsi  
abscessus deprehenduntur; hepar quo-  
que & lien raro sine labe, infarctu  
& magnitudine aucta conspicuntur:  
musculi, praesertim abdominalis  
tam extenuati sunt, ut vix membra-  
nam referant: intestina contra valde  
inflata, & amurca fortida, quando-  
que nigra sunt referata.

## §. V.

Causam hujus mali proximam in  
succii nutritii temperati & gelatinosi  
defectu, vel ejusdem insufficienti  
ad partes solidas appositione reponi-  
mus: mediatas vero causas in de-  
pra-

## CAP. VIII. De tabe seu atrophia infantum.

33

pravata digestione alimentorum, chylo impuro & crasse, indeque denegato ejus per vasa lactea ad ductum thoracicum ipsumque sanguinem transitu collocandas esse statuimus. Quam maxime hoc loco accusari etiam debet bilis defectus, vel inertia a præternaturali hepatis constitutione inducta, ob quam non modo digestio valde læditur, sed oscula quoque tunicae intestinorum villosa minus rite a mucositate sua liberata, chylum ægrius transmittunt.

### S. V I.

*-causæ  
remotæ  
renovat  
funt in  
congrui  
citi*

Causæ remotæ & occasioales item variæ sunt; plerumque tamen observavimus, post perpétuos morbos, præsertim variolas, morbillos, motus ex dentitione difficiili convulsivos, & alios gravem hanc chronicam passionem sapientius fuisse subsequutam, quando convalescentes gulæ nimium indulgentes alimenta crassioris texturæ, ut caseum, panem non rite fermentatum, farinacea, placenteræ, fructus quoque horæos, cibos acidos & vina acida adsumserunt.

### S. V I I.

*-refrigie  
rationes*

Nihil vero, ut frequenti habemus experientia, magis nocet, quam si infantes calefacti & sudore madidi noctu frigidum potum sapientius accipiunt; vel a somno in lecto calentes in frigidorem auram transfreruntur. A suppressa enim transpiratione & constrictis extremorum subtilissimis tubulis non modo succus nutritius aliunde divertitur, & a peripheria ad centrum partesque inferiores reprimitur, verum etiam salsa & acri intemperie imbutitur.

### S. V I I I.

*-fordi-  
ties*

Neque cum clarissimo Dn. CHUDEN dubitamus adserere, infantes, nisi bene fuerint loti & a forditibus suis mundati, ob pororum cutis occlusionem, tabem posse incurrere. Qui vero ex omissa lotione vermiculos in cute neonatorum generari statuant, quos comedones, Mites vocant, magnamque boni nutrimenti partem subtrahere credunt, hi me

Hoff. Med. Syst. Supplm.

eo non possunt adducere, ut ipsi fidem penitus tribuam, quia novam hanc adserionem sufficienti experientia nondum satis habeo confirmatam.

### S. I X.

Neque incendiandum, ex præpostamenta medicamentorum, præsertim terreorum, absorbentium & adstringentium; in diarrhoeis, febris intermittentibus, torminibus, variolis &c. usi tabidos ejusmodi affectus infantibus posse accedere. Nam testatur, qui corpora hoc morbo defunctorum anatomice dissecuere, se tum in ventriculo, tum in adnexis intestinis tenuibus crustas quasdam solidescentis materiæ invenisse, quam vix ab horum substantia divellere potuerunt; quod indicio est, non modo liquoris gastrici separationem inde fuisse prohibitam, sed chyli quoque colaturam, osculis lacteorum occlusis, retardatam.

### S. X.

Tabes quoq; recte statuitur scorbutica, si a parentibus impura humorum dyscrasia laborantibus progernerantur, *-scorbu  
tico dys.  
crasis* vel a nutricibus morbidis, & vel cachexia vel alio scorbutico affectu ærotantibus laxantur. Sæpe etiam veneri quidam complicatum est, unde atrophia tanquam effectus a causa dependet.

### S. X I.

Non raro quoque infantes antea sani *-vittus  
nutritio* & per omnia rectissime valentes absq; aliqua prægressa manifesta causa lanugere, corporeisque extenuari incipiunt. Atqui hoc patiuntur, quando a lacte matris vel nutricis ad solidiorum deferuntur cibum; cumque jam bene pedibus insistere suamque corporis mollem sustentare valuerunt, nunc minus possunt consistere, & terram attingere detrectant. Sed mox genuina morbi indoles clarius se manifestat, quando penduli artus in sensu incurruunt, habitusque corporis flaccidus & rugosus fit, sicut in natibus maxime & femoribus conspicitur: Interea cibos sic laborantes continuo ingerunt, ut vix saturari possint.

C S. XII.

## §. X I I.

*Defasci.* Nihil magis solenne & inter vulnus receptum est , quam , ut plurimi , adeoque etiam ex medicis non nulli , diutius perseverante hoc malo , causam in fascinationes rejicant. At vero , sicut hæc ludicra excusatio non obscure indicat , hos homines , qui ad tam infirmum ignorantia alyum confugunt , nec genuinas morbi causas cognoscere , nec commodis posse remediis easdem abigere ; ita nos hanc judicandi rationem ineptam & medico philosopho indignam merito rejicimus .

## §. X I I I.

*Prognos.* Quando ab imprudenti adstringentium , vel nimio salinorum usu malum originem repetit , longum ut plurimum tempus ad curationem requirit , remediisque relaxantibus & humetantibus diutius debet insisti. Quodsi vero abusui absorbentium luos debet natales , & jam diu duravit , ut soliditatem quasi materia intestinorum parietibus obducta acquisiverit , spes salutis sape dubia est , & multi ante causa sublationem morte præcipiuntur . Si diarrhoea jungitur , & materia purulenta , admodum foetida cum sanguine mixta cum insigni corporis emaciatione per alvum excernitur , malum difficili , aut nullo plane negotio potest tolli . Siquidem continuus alvi fluxus reliquas adhuc vices consumit , & materiae spurcites jam corruptione in abdomen indicat , quam mors sape satis cito excipit . Quando inveteratum est malum , & viscera nobiliora , ut hepatis , lien , pancreas , mesenterium , renei atque pulmones sunt infarcti , vel prorsus scirrhosa , tunc curationi vix supereft locus : & si demum infarctu vel scirrho in exulcerationem abeunte febres supervenit hectica , quam ex urina flammea & rubicunda , crebriori & seu phlogibus post cibum maxime austis cognoscere licet , tunc ægri certius certiusque succumbunt . Denique tabem non adeo inveteratam , aut nimio vi-

serum infarctu minus sustentatam per febres intermitentes sape felicititer sublatam observations testantur . Res autem in vado est , & convalescentia spes adfulget , si cotione ciborum emendata appetitus magis constans & regularis redit , tumor abdominis decrescit , & vires antea depresso cum animi vigore re-colliguntur .

## C U R A T I O .

## §. I.

**C**uratio multum differt pro dif- *Curatio* ferentia causalium : genera- *per dies* tam tamen in ablactatis eo maxime respiciendum est , ut ejus generis ci- bi suppeditentur , qui corpusculo languido partibusque emarcidis nutri- mentum & robur addunt . Egregia hunc in finem sunt juscula , ex con- quassatis gallinis & caponibus sine pinguedine & evidenti faldedine pa- rata , item pulmenta , ex pomis Borst- dorffianis cum vitello ovorum & sac- charo confecta , quibus cinamomi , macis & vini pauxillum addi potest .

## §. I I .

Quando oscula vasorum lacteorum ductusque glandularum meseraicarum ab amurca tenaci obstructionem pa- tiuntur , brodia gallinæ veteris cum radice graminis recenti , fœniculi , petroselini , asparagi , sellerie &c. decocta , pinguedine remota , sunt omnium utilissima , quibus in refræta dosi spiritu nitri dulcis , vel vi- trioli martis aliquot guttae , itemque solutio oculorum cancri addantur . Sed debet hoc alimentum medica- mentosum ad aliquot dies , imo se- primanas continuari , ita ut singulis quatuor horis elapsis tres vel quatuor eius uncia ad forbendum offerantur .

## §. I I I .

Inter hæc medicamenta magna in hoc morbo efficacia deoppativa præ- *Quem* prius & cipuum etiam locum tenent liquores *fledit* salini mediae naturæ , si v. g. ex so- lutione oculorum cancri cum succo citri , ex terra foliata tartari & tartaro vitrio- lato

CAP. VIII. De tabe seu atrophia infantum. 35

Iato in aqua petroselini vel fœniculi solutis parantur, debitaque dosi aliquoties de die offeruntur: a quibus remediis summam & mirabilem s̄apē energiam expertus sum.

S. I V.

ad apertu-  
ra digestio-  
nem &  
compli-  
catis do-  
toribus

Ad laudabilem alimentorum digestionem promovendam, præsertim ubi bilis balsamica deficit, & acidum cum viscidio prædominatur, elixir nostrum balsamicum temperatum inter cibos sumtum laudatissimum præstat effectum. Ubi vero tormina, dolores, & inquietudines &c. complicantur, liquor noster anodynus mineralis cum solutione salis tartari tenuiori mixtus, & per intervalla oblatus remedium præbet optatissimi effectus.

S. V.

atran.  
spiratio-  
tubulis  
exhi-  
bita

Quando ab obstructis & infarctis tubulis subcutaneis, seu transpiratione prohibita malum dependet, balnea ex radice altheæ, silicis, herba malvae, meliloti, floribus chamomillæ & sapone Veneto, addita lactis portione, parata præstantissimam opem exferunt; modo non nimis calida adhibeantur. Namque observatum sapientius est, balnea iteratis vicibus primo post partum mense adhibita insignem præservandi energiam habuisse.

S. VI.

Usus ex-  
ternorū

Externe, ad discutiendum tumorem, oleum chamomillæ & anethi coctum moderate camphoratum laude sua non caret: licet etiam alia paregorica hic commodum invenit locum.

C A U T E L Æ.

S. I.

Cautela  
circa ta-  
ben scor-  
buticam

**E**x impuro scorbutico lacte si ortum traxerit ejusmodi tabes, nutritrix est removenda, & serum lactis dulce, vel etiam lac asinum cum aliquot guttulis olei tartari per deliquium offerendum. Jungenda quoque sunt infusa diluentia theiformia ex veronica, hedera terrestri, radice glyzyrrhizæ,

cichorei & similibus, quibus inter usum liquor quidam aperitus, ex solutione salis tartari & arcani duplicati paratus non adeo magna dosi poterit instillari. Quo fine etiam in ablactatis loco cerevisia semper aliis diluens potus est substituendus; ipsique similiter oleum tartari per deliquium instillandum.

S. I I.

circa  
tabem &  
laxantibus  
nimbio  
vforbæ.

Si a nimio absorbentium usu affectio suboritur, infusa diluentia, junctis laxantibus ex manna, rhabarbaro, syrupo cichorei cum rhabarbaro & similibus proficia erunt: neque etiam minus interdum ventriculum a foribus viscidis per pulverem ireos Florentinæ in paulo majori dosi adhibitum deplere juvabit.

S. I I I.

circa  
e-purgatia  
xasperant,  
præsertim si  
subjecta sint  
sensibiliora.  
Nam s̄apē inde  
inflammatur  
ventriculus  
cum intestinis & postea sequitur  
mors.

Purgantia affectum hunc magis e-purgatia xasperant, & ad hecticam disponunt, præsertim si subjecta sint sensibiliora. Nam s̄apē inde inflammatur ventriculus cum intestinis & postea sequitur mors.

C A P U T I X.

De Rachitide.

S. I.

Bacchit  
dis de-  
finitio

**E**xplícata jam tabe universali prodreditur ad particularem, quæ rachitis appellatur, & non nisi inæqualis nutritio est, qua partes aliæ debito suo nutrimento orbatae contabescunt, aliæ plus justo nutritæ augmentum recipiunt, & cum ossium spinæque dorſi incurvatione majores sunt.

S. I I.

Historia  
morbi

Novum est morbi genus, & vix seculo priori ad exitum properante in Anglia obortum; posthinc vero per reliquas Europæ regiones septentrionem spectantes disseminatum, quod his maxime signis se manifestat. Accedente malo circa mensem ætatis nonum, aut serius adhuc, senum paulatimque irregularis fit plurimarum corporis partium proportio, cutis

C 2 Iaxa

laxi, abdomen macrum & qua flatibus turgidum: musculi atrophia consumuntur, juncturarum contra articuli in brachio, manibus, genu & pedibus protuberant, ossa ad sustinendum corpus minus firma, & cum spina dorsi saepe incurvata observantur; unde motus & ingressus debilis, qui saepe in movendi impotentiam terminatur. Tum quoque arteria jugulares & carotides intumescunt, caput est magnum & ob colli sustentati flaciditatem saepe nutans, facies vivida, ingenium supra etatem acutum; pectus vero angustum & a lateribus quasi compressum, cum sterno acuminato & extremis costarum nodosis. Invalescente demum malo jungitur febricula lenta, tussis, respirandi difficultas & alia, quæ plerumque ad mortem perdurant. Sed probe omnino tenendum est, quod certi dentur rachitidis gradus & durationis modi, qui non eadem in omnibus symptomata, sed in nonnullis graviora, in nonnullis leviora producent.

## S. III.

*Sectio  
secundum morbo demoraturum* Qui hoc morbo defunctorum dissecuerunt corpora, aliud arque aliud viscus vitale labore corruptum invenierunt: siquidem alii hepar naturali grandius, scirrhosum & diaphragmati coalitum, mesenterium glandulis induratis obstitutum & cum pancreate obstructum, alii pulmones pleuræ vel tergo adnatos, eosque vel fluidos vel vomicis refertos; alii pericardium aqua repletum se reperisse testantur. Plerique tamen, inter quos solertissimos corporum scrutatores GLISSONIUM, BONETUM & inter recentiores H E I S T E R U M referimus, unanimi fere consentu adserunt, principium medullæ spinalis in hoc morbo solito esse durius & obstructum, caput inter duram piamque matrem & qua perfusum, cerebrum mole majus, venas vero carotides & jugulares arteriis minores.

## S. IV.

Quodsi igitur his viris laude dignis fidem adjungere, nostram *Causa proxima* que ipsius experientiam interponere licet, non possumus non causam hujus diri affectus proximam in impedito succi nervae in spinali medullam vel compressam vel obstructam influxu reponere: unde necessario earum partium omnium, ut brachiorum, pedum &c. perit nutritio, quæ nervos ex spinali medulla recipiunt; contra vero illæ plus nutriuntur, quæ vias habent apertas, & sufficientem succi nutritiæ admittunt copiam, sicut, teste anatomica experientia, in capite rachiticorum conspicimus, quod ob denegatum lymphæ nutritiæ in medullam spinalem influxum plus nutritiæ accipit, atque ideo non solum in majorem molem excrescit, sed & faciem bene coloratam exhibet. Neque aliunde derivandum est vividum ingenii acumen, quam a cerebro & cerebelio. illæ, riteque suis muniis fungente; quare etiam partes, ad quas nervi inde abeunt, plerumque recte solent esse constitutæ.

## S. V.

*Ratio symptomatum* Facile quoque patet, cur ossa incurvantur & circa epiphyses nodis deformentur. Nam quia musculi eorumque ligamenta, quibus ossibus annexi solent, minus rite in hoc affectu nutriuntur, sed alimentum copiosius per arterias ad ossa devehitur; fieri solet, ut eorum extrema, quæ in infantibus mollioris plerumque texturæ sunt, ob minorem resistentiam distendantur, & tubercula accipient. Quoniam vero perseverante hac nutritione, ossa perpetuo increscent, & musculi contra minores, brevioreisque sunt; facile omnino ipsa ossium extensio a musculis alligatis retardatur, & incurvatio contingit; idque eo magis, cum ossa in hacce. etate admodum sunt mollia & flexibilia. Nec denique distorsio spinæ dorsi *aliam*

aliam agnoscit causam, quam processuum ossorum, cartilaginum, ligamentorum & muscularum, vertebrae dorsi connectentium flacciditatem, tonumque naturalem depravatum: quo praesente haec partes sub corporis inclinatione latius a se invicem secundunt magisque distenduntur, quam iterum recedere, & in pristinum statum possunt restituiri.

## S. V I.

*Causa medietas* Caussam hujus morbi mediatam constituit viscida succorum tenacitas, qui a sanguine spissis segregati ad medullam spinalem deponuntur, ejusque meatus comprimendo vel obcludendo impeditunt, quo minus liquidum nervorum tenuissimum in spine medullam libere possit influere, & abhinc per nervos amplius dispensari.

## S. V I I.

*Cause remote funestae* Ex causis vero recentioribus ad humores inspissandos ex diæta vitio huc fere conferunt omnia, quæ inter causas atrophie in priori capite a nobis sunt relata. Quæcumque enim digestionis negotium turbant, chylumque crassum, viscidum & ad nutritionem ineptum ingenerant, ea quoque, suffragante experientia, huic nostro affectui velificantur.

## S. V I I I.

*atmo-  
sphera  
humida  
& im-  
pura* Si quid autem speciatim adingerandum hoc malum potens existit, est profecto aer, qui teneros ambit, frigidus, nebulosus, variisque exhalationibus peregrinis refertus, qui partim, cutis tonum debilitando, fortes pituitosas in corpore retinet, partim pulmones relaxando impedire, quo minus in iisdem intima sanguinis mixtio, ejusque per totum corpus distributio rite possit succedere. Luculentius hujus rei testimonium exhibet illustre totius Angliae empirium Londinum, quod non tantum propter maris circumfluentis exhalationes, sed etiam propter minerales quasdam ex carbonibus fossilibus emissas particulas, in primis rachitidiproducendas & sustentandas idoneum de-

Hoff. Med. Syll. Suppl.

prehenditur. Neque ideo mirum esse debet, cur ex eadem causa in locis paludosis & maritimis, itemque vere & autumno frequentius hujus malefit proventus, & cum hic Halz, quem ob Salæ præterlabentis & salinarum effluvia, quam ob sulphureum carbonum fossilium sumum, atmosphæra valde & impara cingitur, pueri rachitici se nobis crebrius sanandos offerant.

## S. I X.

Neque dubitarem adserere, quod ad faciliorum humorum in medulla spinali stagnationem multum contribuat *improvida genitio & externe violenter* prava quorundam muliercularum consuetudo, qua infantes pallio involutos sæpe diu noctuque brachiis gestant, & non modo spinam dorsi in situ incurvato diutius retinent, sed pedes etiam inæqualiter flectunt; unde non tantum gibbera & pedes vari producuntur, sed & nostro malo occasio datur aptissima. Quod similiter fieri deprehendimus, si teneri ex improviso ictu & lapsu vim quandam externam spinæque torsionem patiuntur: unde etiam gibbosæ facile fiunt rachitici.

## S. X.

Morbos quoque prægressos ad tam nonnunquam & rachitidem *morbi prægres.* sponere, nihil dubii est. Ex omnibus tamen si præcipue huc concurrunt, qui humorum ad medullam spinalem decubitum efficiendo, liberum fluidi tenuissimi itum redditumque suspendere valent. Ita in artis exercitio non raro solet occurrere, quod hanc ob causam post variolas, non rite tractatas, item post scabiem crustamque lacteam & capitidis tineam retropulsam dirus hic affectus originem recipiat.

## S. XI.

Morbis invalescenti si super quin-*Prognos-* tum ætatis annum inhæret, difficul-*sis* ter curatur, & corpus plerumque languidum ac deforme juventuti tradit: & nisi accendentibus juventutis annis, ubi totum corpus maximam patitur mutationem, penitus tollitur, per totam vitam nullam sa-

rationi spem admittit. Nec minorem habet difficultatem sanatio, si per hereditariam dispositionem morbus fuerit inductus, aut mox primis a nativitate membribus obortus. Denique, si phthisis cum hectica febre, hydropticus tumor, asthma vel diarrhoea superveniunt, spes in angusto est posita. Quæ vero ab aeris, aut vicissitudinum virtutis oritur rachitis, aut variolas, scabiem, aliasque cutis efflorescentias subsequas habet, nec cum tantâ ossium spinaque dorsi incurvatione &c motus impotentia conjungitur, faciliorem recipit medelam.

## CURATIO.

## §. I.

*Curatio.* **Q**uum humores viscidi, lenti & per laxitatem levia & lenia, ad spinalem medullam depositi caussam & somniorum & extemum rachitidi praebant, primo omnime medicina eo respiciendum est, ut lensor succorum resolvatur, obstrunctiones referentur, & liber fluidorum per totum corpus motus promoveatur. Quo fine primario, ad somitem mali, qui in primis viis residet, praescindendum, conferunt leniora laxantia, non omissis, si opus est, nec teneræ infantum constitutio obstat, lenioribus emeticis, ex radicis ipecacuanæ aliquot graniis, cum saccharo & aqua cynamomi sine vino datis, aut cum syrupo quodam in electuarium redactis, vel etiam cum aqua calida infusis & oblatis: siquidem hac ratione non modo fordes viscidae in ventre & intestinis collectæ perbellè educuntur, sed etiam, addito hoc stimulo, debita humorum resolutio & tubolorum obstructorum reclusio egregie obtinetur; si modo caveatur, ne talia stimulantia in subjectis jam valde exhaustis, magna que viscerum labore, vel pertinaci mesenteri obstruktione laborantibus adhibeantur, ubi deinde potius ea commendare expediat, quæ nos inter medicamenta deoperculativa & referantia in superiori capite retulimus.

## §. II.

Hactenus dictis commode possunt interponi alia leniter resolventia, ut fere sunt, tinctura tartari, tartarilata, antimonii acris, arcum tartari liquidum, & cinnabarina, mercurialibus. in hoc calu anteponenda, quæ dum partim per cutim, partim per urinam terolas impuritates evehunt, egregie se gerunt; maxime si cum infusis sanguinem dilutentibus & purificantibus adhibeantur.

## §. III.

Speciatim vero ad obstruktionem medullæ spinalis referandam, liberrimumque fluidi nervi influxum restituendum, a variis auctoribus frictions cum linteis calidis in spina dorsi, brachiis & pedibus una cum suffumigis ex thure, mastiche, tuccino, olibano &c. institutæ commendantur. Si quid vero mea ipsius experientia commendationem meretur, sunt profecto balnea aquæ dulcis cum herbis nervinis, majoranæ, florum lavendulæ, chamomillæ, rosmarino, serpillo, melissa &c. decoctæ, quibus, si laborantes crebrius immittuntur, posteaque lanimenta nervina cum frictionibus spinæ dorsi & artuum inanguntur, plures ego vidi mirum sublevatos, imo tandem, ceteris paribus, ex voto restitutos.

## §. IV.

Ante omnia vero simul configendum est accommodatum ritæ victusque regimen, quod in eo maxime consistit, ut pueri, remotis omnibus flatulentis, concoctu difficultibus & viscidiis, crebrius juscula gallinarum & vitulorum tenuia cum radicibus aperientibus asparagi, fenniculi, cichorei, apii, sellerie, petroselini cancerisque fluvialibus conatus decocta assument & ventriculi roborandi gratia temperata elixiria stomachica, ut nostrum viscerale est, inter cibos capiant. Tum quoque potus offeratur tannis, & durante lactatione lac bonum & satis dilutum, conuncto simul convenienti & ætati accommodato motu, ut corpus segne pau-

paulum modo excitetur. Alvi libertas si deficit, promoveatur leni laxante vel clystres; & si demum prava nutricis dispositio malum vel induixerit vel sufficeret, huic similiiter ea exhibeantur medicamenta, quæ infantibus in minori dolí propinanda commendavimus.

## S. V.

*Usus tho-  
racum* Nec denique reticendum est, ad spinam dorsi incurvatum membrorumque distortionem emendandam commendabilem esse ligaculorum & thoracum applicationem, si modo caveatur, ne loco auxilii vim inferamus, & infantes uno ex vitio in alterum saxe gravius præcipitantur.

## C A P U T X I I.

## De Vermibus.

## S. I.

*Vermiū  
definitio* **V**ermes sunt animalia viva, variæ figuræ, structuræ, & magnitudinis, quæ ex seminio seu ovulo insecti cuiusdam cum alimentis adsumti in cavo intestinorum nascuntur, & putrido quodam, corrupto succo increscunt, corporisque universi functiones mirum in modum labefactant & lœdunt.

## S. I I.

*Subjecte* Quamvis nulla hominum artas ab exitialibus hisce hospitibus plane sit libera, maxime omnium tamen infantilis & puerilis, hoc est ab ablactatione ad decimum quartum annum iisdem obnoxia est: qua propter etiam inter morbos infantiles de lumbricis tractatio præcipue meretur institui.

## S. I I I.

*Tres spe-  
cies iro-  
tundū* Varix lumbricorum species, ipsa experientia teste, in corpore humano observantur, quæ potissimum a medicis tam veteribus, quam recentioribus in numero tres dispescuntur. Primo se offerunt rotundi, qui etiam teretes, germanice *Opuluvurmer* vocantur, & magnitudine, quæ vix spithamam æquat, ab aliis sc̄ distin-

guunt, maximeque sedem suam in tenib⁹ superioribus jejunii & ilei occupant; unde interdum ad ventriculum progressi oretenus prodeunt, vel vomitu rejiciuntur. Atque hi ferre sunt, qui teste HILDANO cap. 1. obs. 57. pueris maxime innascuntur, & magno nonnunquam numero in globum quasi conglomerati iles firmiter inhærent, cujus membranas per sepe ore suo acuto perprodunt, atque rependo in abdominis cavitas penetrant.

## S. I V.

Altera vermium species est eorum <sup>Lat.</sup>, qui ob figuram suam, instar fasciarum latam, lati & tæbiæ appellantur, admodumque longi sunt, ut duos, imo decem interdum pedes mensura excedant, & a PLATERO in adultioribus quadraginta pedes longi observati sunt. *Vid. M. N. C. anno III. observ. 29. BARTHOLINUS Histor. anatom. Cent. III. observ. 14.* Hi plerumque totum intestinorum tractum, præcipue vero ileon, occupant, & non raro sine cauda & capite conspicuntur; siquidem non toti, sed frustulatim per ramenta, encubitus vel cucumerum semen referentia, prodire solent, quæ interpretante SPIGELIO cap. XV. nihil aliud sunt, quam nodus lumbricorum medius crassus, a lateribus & membranaceis suis appendicibus, putredine jam absumentis superstes.

## S. V.

Tertiam lumbricorum speciem constituant ascalides, seu vermes parvi, exigui, graciles, germanice *marzen*, qui intestinis crassis, maximeque recto innidulantes, hoc plerumque graviter cum tenesmo & molestia ad desistendum stimulo rodunt, vellicant, & incredibili sapè copia cum excrementis exuent.

## S. VI.

Vermium in intestinis præsentia cognoscatur, si pueri in somno patent, & excitati ab eo trepidant, si narium adsunt pruritus, oris fec-

ter , fitis , salivæ fluxus , facies intercurrentibus phlogosibus pallida , extermorum frigus , urina turbida , ventrî inflatio , appetitus modo nimius , modo dejectus , irregularis alvi apertura & similia . Verum enim vero , cum signa hactenus recensita aliis etiam morbis sint communia : nullum sane melius nullumque certius datur criterium , ac si vermes ipsi per alvum prodeentes sui præsentiam indicant .

*Symptoma-*

*mata.* Symptomata verminosis familiaria pro ratione partium , ubi sedem peregrini hi hospites obtinent , admodum plerumque variantia saepe tam gravisima sunt : siquidem non unquam tam horrendæ artuum convulsiones excitantur , ut incantamenti suspicio non raro plebeis incutiatitur . Potissimum vero , si in ventriculo resident , nauseam , cardialgiam , syncopen , corporis jectigations , dentium stridorem , deliria , imo mortem denique ipsam inferunt : in intestinis tenuibus tormenta , morbum circa umbilicum , famem caninam , ventris intumescientiam & alvi fluxus concitant ; in intestino autem recto molestas titillations , rosiones , fereque perpetuum tenesmum efficiunt .

## S. VII I.

*Morbi-*  
*vermis*  
*juncti.* Vermibus saepe junguntur febres putridæ , anomalæ , lentæ , quotidianis similes . Sæpius autem infesta hæc animalcula aliis se morbis , ut variolis & morbillis , immiscens , vel iisdem superveniunt , & non tantum symptomata valde augent , magnumque viuum decrementum adferunt , sed indicia quoque diagnostica & prognostica , imo ipsam curandi methodum valde reddunt difficultem .

## S. IX.

*Causa-*  
*funi car-*  
*re anni*  
*tempora-*  
*& sub-*  
*iecta ,* Certis anni temporibus , præsertim autumno , quando sub valde humida & inæquali aeris intemperie febres catarrhales , variolæ & morbilli epidemicæ grassantur , copiosior vermium solet esse proventus ; non aliam ob rationem , quam quod tunc

temporis humana corpora , ob labefactatum solidorum robur , plus humiditatis inertis , viscidæ & ad corruptionem pronæ accumulant , unde seminium illud verminosum plus alimenti & sustentationis recipit . Et inde ratio quoque petenda est , cur infantes , pueri & sequior sexus , si præsertim vita sedentaria pravaque diæta ratio accedunt , frequentius graviusq; vermis & morbis inde oriundis laborrent , quam quidem juvenes , ætate proiectiores & sexus nobilioris homines , qui majori solidorum labore , circuloque sanguinis vegetiore prædicti non tam facile succos inertes & viscidos alunt .

## S. X.

Ex omnibus vero causis certa quædam alimenta lumbricorum generationi favent , ut fere sunt ea , quæ partim copiam succorum pituitosorum & inertium ingenerant , partim infectorum ovula & seminia secum recondita in corpus invehunt ; quorsum pertinent lacticinia , fructus horæ panificia cum melle & saccharo condita , legumina , farinacea , & hujs censu alia , quæ præceteris nociva infectorum ovula continent , fine quibus nulla sit in rerum natura animalculorum progenies .

## S. XI.

Comprobant hoc optime experi-  
menta a Francisco RHEDI & MAL-  
PIGHIO solerter instituta , qui laudatissimi viri media quondam æstate res putredini subjectas , ut pisces & carnes , diversis lagenis , quarum altera fortiter clausa , altera aperta fervabatur , immiserunt , & præterlapsò non ita longo temporis spatio in eo vase , cuius orificio insectis & muscis patulum relictum erat , centenas res vermis valde scatentes invenerunt : in ea vero lagena , quæ clausa erat , ne unicum quidem vermem observarunt . Similiter quoque M A L-  
PIGH I U S commemorat , se sæpius carnis frustula humo sepe-  
visse , in quibus tamen nunquam  
tice

licet per longum tempus in terra condita fuissent, animalcula deprehendisset. Quæ si ita sunt, ut nullus dubito, in aprico jam posita videtur ratio, cur infantes solo lacte vicitantes non prius lumbricis tentari comperimus, quam si alia edulia, verminoso seminio foeta, accipiunt.

## §. XII.

*Prognos.* Pro diversitate corporum, magis vel minus valentium & sensibilium, item pro diversa materiæ corruptæ & vermium indole, ipsa quoque differunt symptomata supra §o VII. enumerata. Sapius tamen iterumque annotare mihi licuit, quod si exanthematicis febribus, ut purpuræ, variolis, morbillis, &c. se vermes immiscerent, placidus horum morborum decursus valde plerumque perturbetur, & præter extremorum frigus, pulsus inæquales ac debiles, animique deliquia, mors sepe ipsa accersatur: quod tamen in pueris crebrius, in ætate provectis rarius contingit. Lumbrici variagati coloris, rotundi, nunquam fere non deterioris sunt notæ: siquidem ad ventriculum saepè ascendunt, ejusque orificio lacinando, & interdum perforando, epilepticas convulsiones, suffocationis periculum, imo mortem repentinam inferunt. Tæniæ sive longi longiores inducunt morbos, & quandoque nondum cogniti vita privant. Ascariades minus periculi alunt, quia in intestinis crassioribus, sensu non adeo acuto præditis, residentes rosionibus suis minus nocere valent.

## §. XIII.

*Uteor.* Circa meridiem & vesperam plerumque acerbiora observantur verminosorum symptomata, quoniam tum temporis animalcula nervosum intestinorum canalem a cibis vacuum mortificando fortius adgrediuntur. Vermes mortui si dejiciuntur, ob summam, quam arguant, putredinem periculum portendunt; nisi forte a datis medicamentis fuerint enecati & expulsi. Lumbrici in morbis gravioribus ex ore prorepentes morituros indicant ægotantes, maxime si frequens &

frigidus adsit anhelitus. Neque tamen omnino mortem semper prænuntiant, quia varia testantur exempla, omnis generis febres expulsione vermium fuisse solutas. Quam in rem legi merentur M. N. C. Vol. III. in append. obs. IV. pag. 163. ubi febris tertiana & continua pluribus expulsis oretenus vermis sanata legitur.

## CURATIO.

## §. I.

*Aucto-* Q uiamvis in ingenti vitæ discri-  
mine infantes verminosi vermis con-*scen-*  
sentur, nunquam tamen desperan-*pus*  
dum est, quandocunque pro diversitate  
symptomatum, naturarum &  
rerum circumstantium debito tem-  
pore & ordine commoda adhiben-  
tur remedia. Jam vero in nullo fere  
morbo tam diversa & activæ indolis  
medicamenta a medicis laudantur &  
applicantur, quam in morbis, ubi  
vermes vel sunt expellendi, vel e-  
necandi; quare opera pretium fore  
confido, si in præsenti de anthel-  
minticorum natura, virtute & usu  
sollicitus, breviter demonstrem, quæ  
in iis exhibendis a medico pruden-  
tia & circumspectio sit adhibenda.

## §. II.

Primo autem omnium inter reme-*Anhel-*  
dia vermis & morbis inde oriun-*minis-*  
dis dicata referri solent acida, qua-*an-*  
lia sunt succus citri, aurantiorum,*num-*  
limonum, ribium, berberum, gra-*ra-*  
natorum, phlegma & spiritus vi-*acida*  
trioli, tremor tartari, vinum, præ-  
sertim acidulum Rhenanum, ip-  
sumque tandem acetum. Quæ sin-  
gula profecto eo tempore, ubi æstus  
& calor præternaturalis jungitur,  
& febries complicantur motus, com-  
mode locum inveniunt: siquidem  
non modo æstus egregie temperant,  
sed putredini quoque, quæ semper  
fere comittatur, mirifice resistunt,  
& periculosam symptomatum mali-  
gnitatem avertunt.

## §. III.

& periculosa symptomatum malignitatem avertunt.

## §. I I I.

**amara.** Anthelminticis quoque remediis amara, ut absynthium, centaurium minus, scordium, trifolium tibarium, & multo adhuc magis, quæ simul purgante facultate pollent, ut aloe, rhabarbarum, colocynthis, & parati ex hisce trochisci alhandal, &c. accensentur. Licet vero hæc remedia vermis non penitus sint adversa, dum non modo in rhabarbaro, & ablynthio, sed in ipsa quoque vesica fellea, teste HILDANO Cens. 1. obseru. 160. vermiculi proveniunt; minime tamen negari potest, quin amara insignem contra hæc animalcula præstant effectum: quia partim materiam crudam & vilesdam, quæ nutriuntur, vi sua balsamica corrugant, & fibras intestinorum stimulando, corruptos humores una cum verminosa colluvie nonnunquam evehunt, partim vero bilis inertiam, quæ saxe causam vermium mediatam constituit, in pueris & subjectis humidioribus emendant.

## §. I V.

**oleosa.** Tum quoque oleosis magna tribuitur efficacia, quæ maxime experientia Francisci RHEDI videtur confirmata, dum ille muscas & alia insecta variis liquoribus immersa in vivis permanisse refert, exceptis oleo perunctis & infusis, quæ invicem mortua vitam non receperunt, licet radiis solaribus fuerint exposta. Equidem libenter concedo, hæc omnia veritati esse consona, atque etiam oleosa, ut oleum olivarum, raparum & amygdalarum dulcium, non sine fructu adhiberi: sed scire nec, minime illa eo unquam scopo posse offerri, ut vermes enecent, quia admodum magna oleorum copia requireretur, si immediate vermes, per totum intestinorum volumen diffundersent, deberent extinguere. Multo magis oleosa in gravibus a lumbricis symptomatibus ideo censerem utilia, quia sensibles intestinorum tunicas

spasmo constrictas relaxant, & mucusilagine quasi oblinunt atque defendant, ut postea aetiora quadam & purgantia remedia magis securè & sine lassione exhiberi possint. Ita ego sapius mirabili cum effectu, ad vermes enecandos & symptomata lenienda, oleum amygdalarum dulcium ad aliquot cochlearia, imo ad uncias usque circa lecti introitum vel summo mane pueris prescripti sumendum, subiungendo aliquot horas post pilulas, ex extracto panchymagogo Crollii, vel pulvere jalappa, cum mercurio dulci & trochilchis alhandal acutatis.

## §. V.

Eximia etiam laude, ad exturbanda noxia hæc animalcula, celebrantur salina, tum quod tenerimæ horum corpusculorum structuræ infesta sunt, tum etiam eorum extitum, intestina stimulando, promovent: idque eo magis, si in sufficiente quantitate aquæ fuerint soluta. Valet id potissimum de salibus istis neutrius generis amaris, & nominatim quidem de sale Glauberi, Ebionensi, Sedlicensi, Egranarum, Carolinarum, quæ cum vehiculo sufficienti sumta omnino continuato usu egregium præstant effectum; maxime si pueri & juvenes ea vermium specie, qui tænia & lati appellantur, laborant; quoniam hi purgantibus, quæ spalmo agunt, minus prompte exterminantur. Quam ob rem non sine ratione fonti Sedlicensi, qui sale amaro scatet, egregia vermes enecandi energia adscribitur, eademque virtus anthelmintica nostris salinis Halensis a plebe tribuitur, quæ subinde largum salsa potum contra vermes propinare solet. Neque malum sibi consulunt populi marini, qui eadem intentione marinam potant, aut, si divites sunt, aquam ex ostris recentibus, adjecto limonum succo & pipere, ebibunt, atque sic expulsis istis bestiolis a tabe aliisque pluribus morbis liberantur felicissime. Et quis denique aliis salibus,

libus, præsertim vitriolicis, suam in his morbis efficaciam antiquitus comprobaram denegabit, quum per experientiam satis superque cognitum sit, aquas Pyrmontanas, quæ de subtili martis vitriolo participant, adversus tenias vermesque turbinatos, seu curcurbitinos tanto cum successu usurpari, ut ægri pluries instar incantamenti ab omnibus symptomatibus evadant liberi.

## S. VI.

*„specie  
fia que  
dam“*

Si ullum morbi genus specifica, sive malo toslenlo appropriata admittit remedia, ea certe me judice in vermbus necandis & ex corpore eliminandis locum inveniunt. Quo nomine imprimis commendanda sunt ex gummo-tis asa foetida, oponax, sagapenum, myrrha; ex herbis tanacetum, scor-dium, absynthium, ex radicibus bulbosis ceparum & allii genera, ex fructibus amygdale amarae & elici: um ex ipsis oleum expreßum, item semen santonici, cajeputi, camphora & similia: quæ omnia sulphureo illo gra-veolenti & specifico, quem exhalant odore, vermes sensi: n paulatimque vi-ta privant. Et profecto hæc tam nece-saria sunt, ut nisi convenienti dosi, aliis jam supra memoratis, fuerint ad mixta vel combinata, rarissime opta-tus respondeat effectus.

## S. VII.

*„argen-  
tum vi-  
vum, regno petitum. Est illud ipsum argen-  
tum vivum, quod peculiari quadam  
proprietate his animalculis adversum  
vitalem istorum motum destruit; quam-  
vis non tam accurate ex principiis me-  
chanicis hæc operandi ratio possit deduci.  
Hæc autem variis hoc an-  
thelminticum propinandi innotuerunt  
modi, quos pacis considerabimus.  
HELMONTIUS forsan primus fuit, qui  
experimentum hocce remedio instituit,  
dum illud aqua vel pura, vel  
quadam destillata decoxit, talemque  
aquam subtilissimis mercurii particulis  
imbutam maximo cum emolumento  
verminofis propinavit. Henricus MEI-*

BOMUS Senior alium modum fecutus vinum Rhenanum argento vivo infusom per viginti quatuor horas sine decoctione leni digestioni exposuit, & postea præsentiori adhuc effectu in usum duxit. Chymicis e contrario magis hactenus placuit mercurius dulcis rite præparatus, quem, pro diversa subjecti natura, ad aliquot grana cum purgante, v. g. scammo-nio sulphurato, pulvere j. lappæ, ex-tracto panchymagogo Crollii, &c. in pilulis non sine laudatissimo effectu obtulerunt, vel etiam eundem musco corallino nuptum cum & sine purgante dederunt. Alii, securiorem inges-ti viam, æthiopem mineralē, ex ac-curatā mercurii vivi sulphurisque mixtione confectum, cum saccharo, sicut HARRIS, utiliter propinatunt. Nos denique ipsum argentum vivum bene depuratum cum saccharo canto in mortario exacte miscuimus, & præmissis præmittendis, sub accura-tori diæta longe efficacius deprehen-dimus; maxime si postea ægri, ut prætervandi fine commendavimus, a carne, piscibus, lacticinīs, dul-cibus, caseo aliisque nocivis absti-nuerunt, & pro p̄tu aquam puram, vel cum cornu cervi usto decoctam, vel etiam Selteranam substituerunt.

## S. VIII.

Inter alia denique præparata mul-tiplici experientia pilulis usi sumus *Vavia  
præpa-  
rota  
commen-  
dantur*

sequentibus: recipere asa foetidæ, ex tracti rhabarbari, tanaci, aloës depuratae, myrræ electæ, mercurii dulcis ana scrupulum unum, extracti croci, castorei ana grana quatuor, M. f. ex scrupulo uno pilulæ nume-rō XV. quibus pro subjectorum & ætatis ratione ad No. V. VI. VIII. datis plures vermbus misere vexa-to ex voto sanavimus. Qui vero a pilulis abhorrent, easdem in syrupo capiant; vel etiam bis in die ju-stam hujus medicamenti dosin su-mant: Rec. liquoris terræ foliatæ tartari unciam unam, extracti rha-barbari, tanaci, absynthii anatica portione drachmam dimidiam. M. D. Nec

Nec denique minorem vidi effectum a sequenti pulvere: Rec. mechoacanæ, semenis santonici, corallinæ, mercurii dulcis, rhabarbari, scordii, C. C. usci, nitri purif. ana drachmam dimidiam, camphoræ grana VI. M. f. pulvis, qui pro ratione utatis in varias doses dispensandus, vel cum syrupo cichorei in electuarium redactus offerendus.

## CAUTELÆ.

## S. I.

*Cautela circa purgantia & calida* **S**ed ut omnia recte administrantur, quædam subjungere placet cautelas, quarum præcipua est, ut nunquam purgantia acriora, vel calidiora propinentur remedia, si febribus calor subest; quoniam hic inde facile augetur. Similiter quoque a mercurialibus, omnibusque fortioribus abstinendam est, quando duodenum acri, caustica bile scatet; siquidem inde symptomata non modo exacerbata, sed intestinorum quoque inflammationes acceritas novimus.

## S. II.

*.. circa vermes in rebus nubibus intestinis* Ad vermes ex tenuibus intestinis exturbando prodest ante purgantium & specificorum usum clystereai ex lacte & melle paratum ano infundere, ut bestiolæ istæ dulcedine allegetæ ex loculis suis ad intestina crasfa facilius descendant.

## S. III.

*.. circa ascari des* A scarides; si recto innidulantur, clysteres detergentes laeti, quibus tanacetum, allium, vel scordii folia incocta sunt, optimum præstant effectum. Quod similiter etiam de illis valet, qui ex muria, cum marrubio, centaurio minore, scordio &c. decocta, additoque electuario hieræ composito a nonnullis parari solent.

## S. IV.

*.. circa retentos vermes* Neque minus tum temporis enemata commodum inveniunt locum, si quando verminola progenies post purgationem per alvum non ejicitur: quod sepius usu venit, si ista in cœ-

co intestino, quod purgans non vallet attingere, nidum obtinet.

## S. V.

Optime quoque dantur anthelminthica in electuario vel syrupo, qualis est cichorei cum rhabarbaro, quod optimè norunt mulierculæ, quæ pueris verminosis semen santonici ad scrupulum circiter unum cum melle subactum ante lunæ vel increscientis vel decrescentis mutationes in lacte propinuant, nec sine effectu; modo caveatur, ne semen illud sit cariotum.

## S. VI.

Nonnunquam cum internis extermina utiliter possunt conjungi. Quo fieri ex regione applicanda, quæ ex absynthio, telle tauri, aloe, colocynthide, succo centaurii minoris, oleo florum spicæ &c. contari possunt: quorum etiam spectat unguentum de arthanita cum alijs.

## S. VII.

Si quod vero utile & imprimis necessarium datut monitum, est profecto hoc, quod coronidis loco adjectio lubet, ut scilicet medicus ante omnia vermium præuentiam certis signis habeant cognitam, ante quam remedia iis vel enecandis vel extirpandis apposita adhibere studeat, ne forsan, si æ gri ex alia causa, alioque morbo æ grotant, plus noxae, quam utilitatis adferat,

## CAPUT XIII.

## De Aliis Infantum Morbis.

## S. I.

**P**lacet nunc pauca de affectibus *Intenti auctoris* nonnullis in uno capite collectim sunitis subjecere; non quidem eo animo, ac si leviores eosdem & speciali disquisitione indignos haberemus, quia non tam longam & scrupulosam causarum evolutionem postulant, admodumque pauca ex me-

medendi methodo ad sanationem requirunt, si modo hæc recte tempore, ordine & sub debito regimine adhibeantur.

*Cardial-gie de-scrip-tio*

S. II.  
Primo loco se offert cardialgia, quæ se maxime per insignes pectoris angustias cum respirandi difficultate junctas, per inquietudines & saepe conjunctos ructus manifestat, quibus etiam non raro febricula & convulsiones superveniunt.

*causa*

Oritur hoc morbi genus a violenta & spastica ventriculi orificiorum strictura, & flatibus inde inclusis, qui sensibiles ventriculi membranas distendendo, summas anxietates, inquietudines, & ob impeditum diaphragmatis descendens, respirandi difficultatem cum reliquis producent symptomatibus. Ad hanc vero causam constituendam maxime omnium mæconium non rite evacuat, vel lac coagulatum & stagnans, vel etiam alijs humores vici di in prima regione stabulantes, & in flatus resoluti contribuunt; non exclusis demum alijs, quæ nervosas ventriculi tunicas irritando, spasmodicam constrictiōnē animare, & nocivam flatum retentionem inducere valent.

S. IV.

*curatio in paroxysmo*  
Præsente paroxysmo parum lactis offeratur, & tam nutrici quam infanti pulveres antispasmodici absorbentes cum aqua quadam carminativa propinentur, datis simul potus loco decoctis cornu cervi gelatinosis & emulsionibus temperantibus. Quum vero debita flatum discussio atque eductio optimum in tali casu præstet auxilium; necesse est, ut per clysteres leniter carminativos & emollientes huic scopo quamprimum satisfiat. Extrinsicus quoque adhibita paregorica multum hic faciunt: quo fine inunctiones abdominis cum linimento, ex aqua regia Hungariae uncis duabus, theriacæ veteris & balsami Peruviani drachma una,

& aliquot guttulis olei menthae vel caryophyllorum, merentur commen-dari.

S. V.

*Uſus capi*  
Alvo clysterum ope reserata, le-minati-nora carminativa profund, nisi fe-vorum bricula antior obſer. Quamobrem nutrici effientiam corticum aurantie-rum, carminativam Wedelii cum li-quore nostro anodyno mixtam; in-fanti vero aleosacharum, ex aliquot guttulis olei anisi & chamomilla ve-ri paratum offerre expedit, super-bibendo decoctum avenæ excortica-re calidum.

S. VI.

*extra paroxysmum*  
Extra paroxysmum, ad somitem mali subtrahendum, non modo nu-trix, sed infans quoque leniter debet a Fordibus depleri: quod in hoc casu optime perficitur, si per inter-valla ad sex, octo vel decem gra-na pulvis porrigitur, qui ex rha-barbari electi, lapidum cancerorum ana drachma dimidia, seminis cy-mini granis VI. componitur; non omisis demum remediis roboranti-bus stomachicis, ut est elixirium no-strum balsamicum,

S. VII.

*Ischuria*  
Quando pueri vel nihil urinæ deſcrip-tio & ſatu mingunt, urinæ adeſt ſuppreſio, quæ horrendis ſæpe cruciatibus afflit, quia tum plerumque teneri præ anxietate & inquietudine lac avidius ſugunt, neque tamen ab e-ius copia per mictionem ſe exonerare valent. Oritur hæc anxia mingendi difficultas, quando lac nutricis per crassa, acida & aeria edulia est corruptum, vel ſi ipſa, ob potus infalubres, diſſicculter mingit. Siquidem talis ſollet eſſe infantis urina & mictio, quales ſunt ejus humores, atque ea deprehendit humorum conſtitutio, qualis la-cteus nutricis ſuccus, quem nutri-menti loco, durante lactatione, ex mammis puſillus recipit.

S. VIII.

## §. VIII.

*Ischus-* Sæpe etiam causa isturæ est cal-  
cûs ex culus in vesica ob hærescens, quo fa-  
calculo cile infantes, ob largiorem succorum  
causa & cognitio accidorum progeniem, laborant;  
maxime si per dispositionem hæreditati-  
riam a parentibus acceptam ad calculi  
generationem inclinant. Hæc vero  
causa si subest, exinde cognoscitur,  
si infantes genitalia digitis sape scal-  
punt, & urina non modo guttatum ac  
cum gemitu emittitur; sed labulosæ  
quoque particulæ simul prodeentes in  
urina adservata fundum petunt. Quodsi  
vero signa hæc omnia non sufficerent,  
per artificialem explorationem præsen-  
tia calculi facile poterit detegi.

## §. IX.

*curatio* In curatione id maxime curandum  
*pervicos* & laxum est, ut diæta nutricis, durante adhuc  
*via* lactatione, aut ipsius infantis, si ab-  
lactatus est, emendetur: quod optimè fit, si omnes tam cibi incongrui,  
quam potus insalubres serio fugientur.  
Dein vero, malum plerumque susten-  
tatur ab impedita alvi exoneratione:  
quare hæc ante omnia debet promo-  
veri; nisi impetus humorum ad  
vias urinarias majorem efficiere veli-  
mus. Quo fine vel passulæ rhabarba-  
rinæ inter cibos daxi, vel clysmata  
ano injecta proslunt.

## §. X.

*per po-* His præmissis commodus tum nu-  
*tum* trici tum etiam infanti potus est præ-  
scribendus, qui non modo diluens,  
sed leniter quoque diureticus esse de-  
bet: qualis conficitur, si aqua levis  
cum radicibus asparagi, dauci, pe-  
troselini, graminis, fœniculi, saxi-  
frag. cichorei, decocta mane calide,  
& dein potus ordinarii loco frigida ex-  
hibetur. Nec minor est efficacia seri-  
lactis aciduli cum cancerorum lapidi-  
bus correcti, ideo quod simul tempe-  
rantem habet virtutem.

## §. XI.

*Curatio* Quando a calculosis ramentis ure-  
*mali ex* thram obstruentibus, & sensibilem  
*calculi* ejus tunicam irritantibus urinæ flu-  
xus cohibetur, & horrendi dolores  
calculosi concitantur, itidem pro-

sunt clystères emollientes. Interne ve-  
ro ad spasmum compescendum dare  
convenit decoctum dialtheæ Fernelii  
cum sapone Veneto, & oleum amygdalarum dulcium cum aliquot liquoris  
anodynæ guttulis in decocto hordei vel  
avenæ calido; quibus, relaxato spas-  
mo, subjungi possunt pulveres ex lapi-  
dibus cancerorum, testis ovorum ustis,  
solutione oculorum cancri, & alia u-  
rinam leniter pellentia.

## §. XII.

*Exter-* Extrinsicus si dolor a calculo &  
*nervum*  
*ischuria* valde urget, balnea aquæ  
dulcis, cui emollientia, ut malva,  
radix althæ, flores chamomillæ &c.  
incœcta sunt, usum haud spernend-  
dum præstant. Neque de nihilo est,  
sacculæ cum talibus speciebus re-  
pletos regioni pubis tepide impone-  
re, vel eidem oleum scorpionum  
inungere.

## §. XIII.

Maxime quoque tenera progenies, *Affictu-*  
ob largam succorum pituitosorum co-  
piam, catarrhalibus & serosis ten-  
tatur affectionibus, quas inter cory-  
zam, gravedines, raucedines, tui-  
bus fre-  
sim, asthmata, pectoris infarctum *quæntia*  
cum roncho & sibili, parotides, o-  
culos & aures manantes, crustamque  
laetream recensemus, & jam brevi-  
ter considerabimus. Singuli hi mor-  
bi generatim in eo conveniunt, quod  
upplurimum ab aeris vitio & subi-  
tahea tempestatum mutatione, nec  
non a suppresso transpirationis nego-  
tio suam nanciscantur originem.

## §. XIV.

*Tuffis* Quod vero speciatim ad asthma & as-  
& tussim, eamque ferinam & sic-  
cam attinet, sciendum est, hæc vi-cause  
tia cum magna anhelitus difficultate  
& suffocationis metu non solum  
sæpe epidemice grassari, sed inpri-  
mis etiam, experientia teste, den-  
titionis difficultatem comitari, si con-  
fensus lege ipsi respirationis nervi  
tenduntur & vellicantur. Neque raro  
eveniunt a variolis & morbillis impro-  
vide tractatis, & quando, superato  
jam morbo, nec alvi libertas, nec in-  
sensi-

sensibilis transpiratio debito modo promovetur; vel etiam, si acris quedam excrementaria materia in erysipelate, purpura, crusta lactea, &c. ad interiora fuerit repulsa. Tum enim humore viscido, acri, libenter pulmonum infartus, & molestæ nervorum pulmonium irritationes, quæ asthma & tussim concitant, produci solent. Denique, in primis etiam hæc mala solent affligere, ob nimiam ventriculi inflationem, a lacte viscido ibi copiose stagnante, liberumque dia phragmatis descendens impediente in ductam: unde etiam non raro usu venit, quod vomitus vel sponte obortus, vel arte provocatus tam tussientibus, quam ægre spirantibus exoptatum ferat levamen.

## S. XV.

*Curas.* Quoad sanationem tussis & asthmatis hæc maxime tenenda erunt, quod interius absorbentia, cum pulvere radicis ires Florentinæ, glyzyrrhize, spermate ceti & saccharo canto data, item elixir balsamicum, ex tintura tartari, essentia myrræ, croci, nucistæ, corticum aurantior. & spiritu salis ammoniaci anisato confectum insigniter profint. In subjectis vero sensibilioribus, & ubi malum potius a materia acri nervos pneu monicos irritante, quam ab humorum visciditate subortum sustentatumque fuerit, rectius adhuc elixir pectorale temperatus; quod extracti croci grana IV. in aquæ veronicae & hyssopi uncia dimidia soluta, atque syrapi papaveris albi drachmas duas habet, in debita dosi propinatur. Quodsi vero tussis con tumax sicca a lympha acriori, laryngem irritante, sub inclementi cœlo provenit, atque pectus humoribus ita prorsus infarcitur, ut nihil fere per screatum redi queat, optime tunc, ad acri moniam demulcendam, sperma ceti in juscule ob latum confert, vel illud ipsum cum oleo amygdalarum dulcium, saccharo canto, syrupo violarum, & guttulis aliquot olei anisi in electua-

rium redactum subinde poterit exhiberi, superbibendo decoctum ave na calidum.

## S. XVI.

Si forte asthma cum tussi conjunctum ab inflatione ventriculi & la asthmatice coagulato, stagnante & nervos <sup>tiss ex n.</sup> praecordiales vellicante dependet, <sup>mia re.</sup> punctione cum fructu sappiis lene emeticum, ex aliquot granis rad. ipecacuanæ cum aqua infusis porrigitur. Quem etiam usum clysteres emollientes & carminativi, qui flatibus infra existum parant, sappiis præstare solent.

## S. XVII.

Si repulsa materia acris excremen <sup>.. ex re-</sup> tia ansam malo suppeditat, præter <sup>pulsis e-</sup> intema diaphoretica non contemendi <sup>xanthe-</sup> usus sunt vesicatoria nucha <sup>mixtibus</sup> ap posita. Extrinsecus vero in hisce per storis affectibus inunctiones cum axungia humana & spiritu salis ammoniaci factæ optimas ferunt suppetias.

## S. XVIII.

Achores, vari & tinea tuberculæ <sup>Achoræ,</sup> sunt ulcerosa, a vitio & corruptio <sup>tinea</sup> ne seri salvi viscidæ in glandulis tu <sup>Gr. cau-</sup> bulisque subcutaneis subsistentis o riunda, quæ plerumque a nimia voracitate, lacte nutricis corrupto, & suppressa per frigus admissum transpiratione suam nanciscuntur originem. Quod similiter de parotidibus auribusque & oculis manantibus valet.

## S. XIX.

Singuli hi affectus, ut & reliquæ <sup>Curas</sup> defluxiones catarrhales optime sanantur, si nutricibus partim infusa sanguine & lympham diluentia ex radice liquitatem, cortice & ligno sassafras, semine que foeniculi parata, partim pilulas de succino Cratonis cum & fine mer curio dulci mixtas, item elixir bal samicum superius So. XV. descriptum propinamus; infanti vero pul veres ex antimonio diaphoretico, lapid. canceror. iride Florentina, late sulphuris, pauxillo croci & oleo anisi confectos, nec non laxantia ex mercurio dulci, rhabarbaro & man na

na. conflata porrigitur. Parotides vero, præter interna resolventia remedia, exterius emplastro diachylo simplici cum camphora remixto volunt tractari; & si tumor discuti renuit, cataplasmate emolliente ad maturitatem deduci. Sed hoc sufficiunt, quia jam parte *Prae Tomi VII med. Systemat.* de his affectibus fuisse egimus.

## §. XX.

*Singulus & vomitus ex stomacho & cruditatibus in ipso coacervatis oriuntur.* Quodsi enim tenacior acidiorque mucus superiori ventriculi orificio firmius insidieat, non modo ipse ventriculus ad contentorum depletionem sive vomitum stimulatur; sed etiam propter consensum diaphragma quali convellitur, & facta hujus sub inspirando contractio ne finguuntur subinde contumacissimus prioritatur: unde etiam non raro singultus & vomitus simul tenellos cruciantur.

## §. XXI.

Evenit ut plurimum utrumque malum a nimia lacteis repletione, vel ejusdem in ventriculo corruptione. Hæc autem præstolo est, materia plerisque lactea vitiöis coloris, malique odoris vomitu solet reiici. Sæpe etiam externum frigus debet accusari, vel dentitio difficultas & dolorifica ansam potest suppeditare, si propter nervorum contentum diaphragma & ventriculus in mali confortium trahuntur,

## §. XXII.

*Si a copia lactis adsumti vomitus atque singultus proveniunt, nihil ferre periculi præfiguntur, cum jam in vulga usque notum sit, yemitu in hoc casu plus infantes levare.* Si vero lactis corruptio causam mali constituit, pejus est, & sæpe epilepsia ac convulsiones accersuntur, quæ vitam haud raro auferunt.

## §. XXIII.

Ad rectam sanandi methodum ipsæ nos cauſe deducunt. Quodsi enim lac copiose sumptum peccat, in posterum ejus quantitas debet subtracti. Si vero depravata ejus qualis-

tas in vitio est, debitam ejus correctio nem tam in matre, quam in infante procurare decet. Quia autem ratione hoc perficiendum velimus, iterato in hac tractatione supra docuimus.

## §. XXIV.

Speciatim vero in utroque adfectu <sup>per</sup> prodest solent, syrups menthae & betonicae, cum aliquot olei macis vel liquoris anodynii guttis datus, vel etiam aquæ florum chamomillæ, millefolii, menthae, cerasor. nigr. cum prædicto minerali nostro liquore oblatas. Extrinsecus non modo frictiones cum pannis calidis, sed & inunctiones regionis ventriculi cum olei anethini uncia dimidia, menthae drachma dimidia, croci scrupulo uno, vitelli ovi no. I. egressio sunt levamini.

## §. XXV.

*Alvus infantibus modo adstricta, modo nimis soluta est.* Adstrictio contingit, quando infantes nimis sunt voraces, aut ipsæ nutrices lactantes vietu crasso & acido, potibusque spirituosis delectantur. Licit vero ex tardiori fecum exulsione non statim noxa redudet; tæpe tamen ipsa, si diutius durat, magnis gravibusque malis subinde ansam suppetitat.

## §. XXVI.

Ad alvum igitur rite solvendam eo. *Cuius præcipue dirigenda erit intentio, ut nutrita vietu levi & emolliente utatur, interpositis in cibo passulis minoribus, cum rhabarbaro & saccharo in electuarium redactis, vel cum pomis Borstdorffianis decoctis.* Infanti vero succurritur partim syrupo cichorei rhabarbarino, cum aliquot graniis mechoacanna per intervalla dato, partim clysteribus ex decocto avenaceo cum melle & butyro factis, vel ex fero latetis & sapone Veneto paratis. Neque usu caret infimi ventris circa umbilicum inunctione cum oleo amygdal dulcium, pulveri trochisci. alhandal nuptio instituta.

## §. XXVII.

Alvi adstrictioni opposita est diar. *Diar rhœa, sive nimium alvi profluviu* <sup>rhae 15</sup>, *quod infantibus numero pluribus ab* <sup>ratio</sup> *ix*

ira & diæta nutrieis perversa , a transspitione prohibita , a vitia ciborum digestione , & inde inducta bilis acrimonia evenit ; unde feces variæ coloris , odoris & consistentiæ , imo sanguinolenta crebrius dejiciuntur ; non alia ex causa , quam quia intestina vel spastmo constricta contentas fordes exprimunt , vel propter atoniam sponte dimitunt . Quare etiam non raro usu venire solet , ut ejusmodi frequentes alvi dejectiones non solum graviores partium nervosarum spasmos ac dolores , e. gr. ex dentitione difficili comitantur , verum etiam atrophicis & paralyticis valde familiares sint .

## S. XXVIII.

Licet vero sordidum hoc malum tum infanti laboranti , tum etiam aliis valde sit molestum , sœpeque timorem mali eventus injiciat ; minime tamen statim debet sisti , præsertim si illud bene ferant pueri , nec inquietudine , vigiliis , ventris tortione , atrophia aliisque signis opem sibi ferendam experant . Quod vero si accedit , primo omnium ad lac nutricis , si adhuc fugitur , est respiciendum , atque nutrix , mali causam fovens , permutanda , substituendo in ejus locum ptisanam cum succo cydoniorum roboratam , vel juscule gallinacea cum oryza & milio dececta .

## S. XXIX.

Ipsi infanti laboranti pulveres ex bolo armena , succino & lap. cancri , cum aliquot granis cort. cascarillæ interne dati profunt , quibus etiam circumstantiarum ratione , si dolores intestinalium concurrunt , tertia pars grani theriacæ cor. pro dosi commode potest addi . Extrinsecus autem linimentum ex olei nucifæ expressi , iessminiana uncia dimidia , balsami Peruviani drachmis duabus , oleique menthae drachma una compositum , ventrique calide inunctum predeesse memini .

## S. XXX.

Præter hæc vero in tali morbi status posterior insignis est usus clysterum , ex sero la. usus & tis dulci cum milio & oryza cocto &

transcolato paratorum , quæ simul tenesnum , frequentissime junctum egregie solantur ; licet etiam huic ipsi diutius duranti optime & quasi specificè profint suppositoria , ex vitello ovi assato , cum croco , thure & uno granulo opii conflata .

## S. XXXI.

*Conclusio.*  
Atque hæc sunt , quæ de morbis infantum præcipuis cum B.L. communicare volui . Deus O. M. qui optime novit , quod ego , præter sui gloriam , artis nostræ salutaris incrementum & ægrotantium commodum nihil curæ cordique habuerim , hæc omnia reddat salutaria , ut suo tempore fructus ferant uberrimos .

## O B S E R V A T I O I.

*Varia.*  
Infans erat & to circiter mensum , pathe-  
qui sanus & vegetus , præter omnem spem & expectationem variis adflige-  
mata ex  
dolentia  
ne diffi-  
cili .

lubebant , ardente exspirabat spiritum , digitos ori sapient admovebat , & præter gingivarum tumorem caloremque , vehementi tussi , respiratione difficile & astu interno cruciabatur : unde parentes permoti me in consilium protinus adhuc bendum statuebant . Ego vero , quum singula hæc mala a doloribus , ob difficultatem dentium proruptionem abortis derivanda esse credarem ; auctor eram , ut aliquoties in die sex circiter grana pulveris Marchionis cinnabari remixti cum quinq. guttulis liquoris mei anodynæ ex aqua florum tilia , & cerasorum nigr. offerrentur ; extrinsecus autem carni gingivarum dolenti leniter anodyna ad demulcentia , ut butyrum insulsum cum succo hyosciam subactum , vel tremor lactis cum succo cancrorum fluvialium & nitri pauxillo remixtus , inungerentur . Alyus , quæ diutius justo clausa fuerat , reserebatur clysterem emolliente oleoso , & ad astum fitimq. nimiam restinguendam interdum emulsio quædam , ex semin. IV. stigi-

D. dis,

dis, lemne, papaveris & aquis analpticis parata interponebatur. Nec inanis erat spes, quam conceperamus, sed hac methodo per Dei auxiliantis gratiam id obtinebatur, ut aliquot denticulis et latibus suis protrusis, sensim paullatimque symptomatum remitteret ferocia.

## E P I C R I S I S.

Tanta dolorum in corpore humano vehementia est, ut si membranae vel tenuissimae quacunq; de causa constringantur, extendantur vel lacentur, statim reliquæ, in consensu abruptæ, idem mali experiantur. Docent hoc maxime dolores, ex dentitione difficultius succedente infantibus familiares, ubi subtilissimæ gingivas investientes membranae totum nervosarum partium sistema vi consensu adficiendo, omnes corporis functiones mirum in motu lerdunt, & labefactant. Quod vero si incidit, prudens medicus nihil prius nihilque posterius habere debet, quam ut mitigata dolorum saevitia ipsam dentium eruptionem debita ratione promoveat: siquidem cessantibus doloribus, omnia in melius convertuntur symptomata. Poterit autem hic scopus optime obtineri, si non modo remedia interna antispasmodica superius commendata per intervalla propinuantur, sed extrinsecus quoque blande sedantia, quæ inter etiam cerebrum gallinæ, & ex plebis consuetudine, lardum ori immisum referre decet, adhibentur. Quodsi vero compactior gingivarum textura dentes in erumpendo retardet, vel plures simul dentes prodire moliantur, plane non reformanda est carnis gingivalis ope lancettæ aperatio, quæ jam supra suo loco a nobis commendata est, admodumque saepè a Gallis cum fructu instituitur.

## O B S E R V A T I O II.

*Regimen principis* Setenissimi principis filius, nunc dentis annum & quatuor menses matus, habitu

corporis laxiori, menteque vivida & membris firmioribus praeditus, a prima nativitate ad præsens usque tempus hanc habuit diætam, & symptomatum diversimode afflignantum syndromen. Quam primum lucem adspexit, sylpus de manna & cichorei cum rhabarbi. anatica portione ad drachmas duas in aqua fœniculi paullatim datus meconium per vomitum æque ac sedes commode expurgavit. Paullo post, ob aliqua inquietudinis & tussicula signa, medicus mox pristinum laxans, mox pulverem marchionis cum aliis absorbentibus mixtum in pulicula dedit, mox etiam clyisma ex lacte chamælino cum oleo amygdalatum & saccharo confectum applicari jussit; atque hæc omnia fæpius iteravit; non omis- sis, urgente forsan ventris inflatione, & inquietudine, pulveribus contra flatus nutrici oblati, quæ semina ani- si & fœniculi cum flavedine cort. au- rantiorum & saccharo habebant. Sed quum lactans femina, quæ simul ira- cundie dedita, singulis mensis con- versionibus muliebrem fluxum experi- retur, serenissimus quoque infans met- struas quasi ægritudines perpeti debuit. siquidem circa hoc tempus anxiis intestinorum doloribus & flatulentii frequentissime laboravit; quamvis nec intermedium tempus ab omni molestia etat vacuum, sed fere singuli dies me- dentis auxilia desiderabant. Inter hæc ad octavum mensem perventum erat, ubi purpuraceæ quædam pustulae, & insolitus gingivarum pruritus, ob accendentem forsan dentiendi perio- dum, denuo opem exposcere videban- tur, quam etiam medicus tum infanti, tum nutrici, quæ similiter exan- thematis scorbuticis defædabatur, pro virili præstitit. Nihilominus hæc omnia prohibere non valeant, quin mense nono, prægressis in somno pavoribus, insultus epileptico-con- vulsivi aliquoties acceperint, quos tamen, præter clysteres lenientes, pulveres ex lumbricis terrestribus cum absorbentibus mixti, & in aquis anti- spasmodicis oblati placarunt. De- cimus

cimūs mensis varia symptomata dente-  
tibus familiaria , ut alvi difficulta-  
tem , ventris torturam , noctes inquiet-  
tas , febriculam cum stit; in appetentiam  
gingivarum ruborem & sensibilitatem  
&c una secum attulit . At vero , post-  
quam provis̄ omnibus , quā necessaria  
videri poterant , remediis , undecimo  
mense duos dentes ex inferiori maxilla  
prorupuerant , omnia reddebat mili-  
tiora ; præfertim cum ante anni ad fi-  
nem properatis exitum , superior quo-  
que maxilla duos denticulos in conspe-  
ctum daret . Circa alterius anni ini-  
tium , pereunte paululum appetentia  
& colore faciei vivo , pone aurem  
dexteram defixio quædam humid-  
apparuit , & ablactatione deinceps in-  
stituta , ob mutatam vietus rationem ,  
varia iterum pathemata , ut inquietu-  
dines & spasmi internarum partium ,  
quas convulsiones internas appellant ,  
accesserunt In primis autem asthma  
cum diffcili respiratione & tussicula  
per periodos redeunte conjunctum se  
ad sociavit , quod plus minus urgens ,  
& sub decubitu in latus dextrum paul-  
lummodo mitigatum usque nunc om-  
nia medicamenta resolyentia & tem-  
perantia penitus elusit . Præter hæc  
vero notari meretur , quod serenissimus  
a primi teneritudine mucosi vomiti-  
bus & spontanei alvi dejectionibus cre-  
berrime fuerit obnoxius , eodemque  
fine , ad corrigendas evacuandasque  
fordes multis syrups laxantibus , cly-  
steribus , globulisque moschatis & aliis  
medicamentis tractatus . Nunc tandem ,  
quum in eo est , ut alter dentitionis  
terminus appropinquet , & metus sit , ne  
pristina mala vel recrudescant , vel  
præsentia augeantur ; meum serenissimi  
parentes confilium de principis cu-  
ra impostorum rite habenda pustularunt . Quod ad diætam , qui serenissimus  
usus est , speciatim attinet ; scire  
licet , inter cibos maxime panem simi-  
lagineum cum aqua vel jute carnis in  
pultis formam redactum , decocta ave-  
næ , hordæ exorticati & prunellarum ,  
juscula carnium cum vitello ovi para-  
ta , vel cum oryza decocta , pulmones ,

cerebrum & carnem vituli , indeque  
artificiose preparatos pastillos & pul-  
ticulas , sat diligenter largiori q; manu  
frisse oblata ; potui vero post abla-  
ctionem cerevisiam albam tenuem in-  
seruisse , quam etiam illa adhuc du-  
rante noctu sèpius serenissimus acce-  
pisse dicitur .

## EPICRISIS CUM CONSILIO.

Sistit in casu integrum fere catalo-  
guum morborum , quibus subinde tenera  
infantum corpuscula adisci solent ; &  
quum multa notatu digniora inomenta  
in ipso occurrant , quæ nos ad melio-  
rem affectuum infantium curationem  
perducere possunt ; opera fore pretium  
confido , in ipsis explicandis aliquam  
operam impendam .

1 ) Nihil dubii est , quin Serenissi-  
mus infans naturam paulo sensibili-  
rem , magnamque sordium acrum &  
mucosarum copiam ex ipso materno u-  
tero secum in vitam adduxerit . Id  
quod , præter varia pathemata , statim  
a partu infestantia , vomitus & deje-  
ctiones alvi spontaneæ prurientia cutis  
exanthemata , aurium defluxiones hu-  
midæ , motus epileptico - convulsi &  
similia indicant luculentissime . Longe  
autem magis hæc omnia fuerunt adau-  
cta a liete impuro , quod tenello nutrix  
iracunda , scorbutica & mensum flu-  
xui , contra lactantium consuetudinem ,  
obnoxia suppeditavit . Nec parum huc  
contulisse videtur crebrior alimentorum  
nutrientium oblatio , quæ impuris  
corporibus præ ceteris valde nocet ,  
item nimis tempestivus cerevisiaz , præ-  
fertim nocturnus potus , cui melius a-  
qua cum pane similagineo decocta , se-  
reni laeti dulce , aut decoctum avena-  
ceum tenuius sive solum , sive cum a-  
nisi semine , vel amygdalis exorticati  
per triturationem vigoratum substi-  
tui potuisset . Quæ vero quum neglecta  
fuerint , nihil mirum est , quod ad la-  
eti in prima regione corruptionem &  
stagnationem una cum reliquis cauis  
permultum contulerint ; unde frequen-  
tes intestinorum spasmi , inflationes ,

inquietudines, anxietates & dejectiones fœtidæ suam mutata sunt originem. Imo etiam molestus pectoris affectus exinde derivari poterit, qui sicut a decubitu in latus dextrum paulatim remittit; ita non obscure indicat, ipsum a majori intestinorum a flatibus distensione & atonia ejus lateris proficiunt.

2.) Quod ad medicamenta a medicis prescripta attinet, singula quidem, dum materiæ acri corrigendæ ac temperandæ, flatibusque discutiendis & motibus blande sedandis dicata sunt, per se laudem merentur; nisi creberimus & fere nimius illorum usus iustum aliquam censuram incurreret; maxime quum multa laxantia & clysmata tonum intestinorum non parum debilitasse videantur. Jam vero eo respiciendum erit, ut talia in usum proponantur remedia, quæ alvi libertatem servare, debitumque intestinorum robur restituere apta sunt. Quofide ego loco syruperum, laxandi scopo hactenus oblatorum suaderem hoc, quod sequitur, medicamentum ad drachmam dimidiæ propinandum: Rec. rhabarbari electi unciam dimidiæ, terræ foliatæ tartari, salis tartari ana drachmam unam, aquæ scorzonerae uncias tres. Fiat sub leni calore extractio & colatura. Deinde commendarem hanc formulam pulveris, qui pulveris marchion. C.C. philosoph. præp. succini ana drachmam dimid. nitri purif. scrupulum unum, cort. cascaville grana X. habet, de quo decem vel duodecim grana in aqua cerasorum nigrorum, florumque tiliæ propinentur. Imo etiam, ad flatus discutiendos, sex vel octo guttae essentiae corticorum aurantiorum, cum tinctura tartari & liquore anodynæ mixtæ dari poterunt: hac tantum adhibita cautela, ut ne sine necessitate crebrius offerantur. Extrinsecus linimentum, ex olei nucis expressi & axungia humanæ unc. dim. bals. Peruv. drach. una, olei lavendulae, majoranæ, caryophyllorum ana guttis XX. compositum, vel sole, vel cum aqua regina Hungar. dilutum ventri

inungere curarem. Quibus si conjungatur temperatum regimen, sufficiens motus & moderatior ciborum usus, futurum esse spero, ut natura sensim roborata vires, ad dentes e latibulis suis protrudendos necessarias recipiat, quæ prius non redibunt, quam cum motus naturales a spasmis & flatibus primarum viarum debilitati definent.

3.) discere licet, in quam lubrico statu pretiosissima principum salus sit posita. Primo enim plerumque a parentibus tenerioribus nascuntur debiles ac infirmi, & quum omnibus facile morbis debilitas pateat, longe etiam frequentius præ ignobilioribus magnatum proles ægrotat. Accedit dein, quod nutricibus impuris, male moratis vel lascivis, vel in alto otio viventibus, tradantur, quæ varia corporis & animi vitia una cum lacte communicant. Nec culpa vacat nimis accuratum regimen, & justo subtilior sanitatis cura, qua vel minimus vagiendi conatus statim vel alimentis, vel medicamentis debet compesci, & sic natura per se jam infirma non potest non magis magisque debilitari.

### O B S E R V A T I O III.

Puerulus quidam semestris, a parentibus sensibilioris natura genitus, præter consuetudinem aliqua valetudinis labeculentis indicia præ se ferre videbatur. Dentitio, quæ circa hanc erat periodum incidere solet, subesse putabatur, & protinus arcessebatur medicus, qui ob parvam gingivarum intumescentiam, & in superficie albedinem idem metuens ad alvum referendam, pulverem prescribebat, ex grano dimidi. resinæ jalappæ, & tribus mercurii dulcis granis cum saccharo subatis compositum. Dejiciebat quidem inde puer sex sedibus ingentem muci lacrisque coagulati copiam; sed proh! dolor postea alvus non modo fortius adstricta erat, aut tantum viridia & coagulata reddebat excrements; verum etiam continuis fere ejus latibus, inquietudine, corporis torsionibus, pa-

vole in somno, tremuloque artuum motu & singultus quadam specie tenellus corripetur. Inter hæc medicus pristinum purgans remedium aliquoties repetebat, clysteres injiciendos curabat, variisque generis medicamenta strenue propinabat; sed tantum aberat, ut quidquam inde levaminis adferret, ut potius tandem vehementissimi motus epileptico convulsivi, per integrum fere nycthemeron parva interjecta remissione durante brevissimum vitæ filum abrumperent. Causa quidem mortis dentitioni difficulti & laboriosæ tribuebatur; sed parum tumoris in gingivis, plures vero aphthæ in ore & vicinis faucium partibus apparebant, & proximo ante obitum die fæces prolsus nigra & foetidissimæ dejiciebantur.

## E P I C R I S I S.

Evidem nullus dubito, quin in nostro puerulo primam adverxæ valetudinis causam dentio suppeditaverit. Siquidem haud raro sub ipsa evenit, ut propter nervulorum oris vellicationem, ad intestina usque consensu lege propagata, vel crebriores alvi dejectiones prioritentur, vel nimirū ejusdem adstrictiones affligant. Nihilominus, si quis symptomatum postea per pessorum fævitiam, funestumque mali eventum soli dentiendi difficultati adscribere veller, graviter profecto erraret: utpote quæ magna ex parte validiori purganti, ex resina jalappa & mercurio dulci conflato debentur. Hoc enim, non semel, sed aliquoties, pueru a parentibus sensibili oblatum non modo sensibilem alimentorum canalem, sed universum quoque genus nervosum, in tenellis nobilissimum, ad spasticas constrictiones subeundas disponere omnino valuit. Eadem fuisse ratio videtur pessimarum oris pustularum, quas aphthas dicimus, quæ in nostris quidem regionibus usum medicinarum, vel eminenti quadam acrimonia, vel calorem excitandi facultate præditarum, lubenter excipiunt. Nec dubitare licet, quin fortioris ca-

thartici rodens indoles, luscitata intestinorum phlegmone & sphacelatione, quæ ex foetidissimo fecum odore simul patet, mortem tandem induxit. Jam quidem remedia alvum subducentia in morbis infantilibus reprobare non ausim, sed hoc tantum commonefacio, quod, missis omnibus acrioribus, leniora tantum in usum duci debeant. Quo fine, si propter alvum officii immemorem justo tegni fecum excretio sit, laudem merentur interna alcalina, ut lapides cancerorum & oleum tartari per deliquium, quæ adstringens acidum, cujus generatio infantilis ætas in primis favet, imbibendo, sal quasi medium constituant, adeoque alvi libertatem egregie conservant. Tum quoque in higniter profund rhabarbarina, ut tinctura rhabarbari, vel rhabarbarum in substantia cum lapidum cancerorum & oleo tartari mixtum, item syrpus cichorei cum rhabarbaro, cui majoris efficacia causa extractum rhabarbari vel mechoacanna alba ad duo, tria, quatuor & plura grana pro diversa æatis ratione additum; extrinfecus vero clyster, emollientes & oleosi, qui simul ipsam sedandis apti sunt, quam maxime debent commendari. Sæpe vero etiam in tali casu, si infans præsertim sensibilior est, egregie prodesse solent laxantia nutrici oblata: siquidem certissima constat experientia, illorum virtutum cum lacte communicatam etiam in lactentibus crebriores alvi dejectiones efficere.

## O B S E R V A T I O IV.

Qui adhuc sugebat infans unius anni, a matre per iram valde commota mammis appositus protinus in sœva ventris tormenta, & ingentes præcordiorum anxietates incidit. Siquidem continuos fere ejulatus edens ex altero latere in alterum inquietus se dejicit, pedibus calcitat, anxie respirat, dies noctesque insomnes dicit, vel leviter consopitus favoribus concutitur: alvus pauca, eademque tantum crassa, coagulata & viridi bile circumfusa

redit, abdomen flatibus distenditur, & singula ita sunt comparata, ut metum haud inanem convulsionum vel epilepsia supervenientis incuriant. Ego itaque in consilium adhibitus praescribo pulvrem, ex pulv. Marchion. drach. una, specifici cephalici drachma semis, croci & castorei ana granis V. qui in octo doles divisus ter in die ex aqua flor. til. & lilior. convall. fine vino preparata propinatur, interposito ad sex guttulas liquore meo anodynō, cum liquore tartari, & una alterave olei anisi guttula remixto. Neque minus, ad feces & flatus educendos, fibrasque intestinales spasmus constrictis relaxandas, aliquoties injiciendum suadeo clysterem ita parandum: Rec. flor. tiliæ, malvæ, violar. summitat. millefolii ana pugillos duos. Coque in f. q. aquæ. Colaturæ recipe unciam unam cum dimidiis, cui olei chamomillæ cocti uncia semis, pinguedinis castorei scrupulus, olei tartari per deliqu. guttæ X. admisceantur. Abdominis tandem regio subinde inungebatur oleo amygdalorum dulcium, cui oleum carui & camphora pauxillum nuptum erat, atque potui prisana tam calide, quam subfrigide bibenda, item decoctum avenaceum substuebatur. Sed ut mater quoque paululum adjuta lactationi denuo apta redderetur, equidem ipsi ad complacandos spasmos, pulverem precipitantem nitrosum cum liquore anodynō ex aqua aliquoties sumendam, fordesque biliosas cum pulvere rhabarbarino evacuandas commendabam: atque hæc omnia tam felici eventu, ut mater cum prole sua integræ restitueretur sanitati. Ne vero infanti nova pertinescenda essent mala, ablationem tamdiu differendam præcipiebam, donec pusillus, viribus sensim receptis, preferendæ vietus mutationi suppar videretur.

## EPICRISIS.

Summam meretur admirationem, qui fiat, ut infans incolmis & perfecte sanus a solo lacte matris atque nu-

tricis vel iracundæ, vel terrore quodam percussæ, in gravissimas adstrictiones intestinorum spasmoidicas & motus epileptico-convulsos cum plenaria sanitatis eversione, ipsoque mortis periculo tam repente conjici queat. Tametsi vero causæ tam funestorum eventuum paulo abstrusioris sint indaginis, nec facile ullius hominis ratio adsequi valeat, quomodo vehementiores animi affectus non solum in corpore, quod percellunt, verum etiam in aliena, quibus lac tantummodo sugendum datur, tam graviter operari queant: medico tamen sufficiat, si decenti auxilio pessimorum effectuum noxas commode propulsare noverit. Agunt enim animi affectus instar venorum celerrime non tam in fluida, ut sanguinem & humores, sed potius in solidas easque motrices corporis partes, quas subinde ad vehementissimas constrictiones spasticas animant; unde dein omnes economia vitalis motus non possunt non insigne lœdi. Quæcum ita sint, in tali casu nihil medenti prius, nihil posterius esse debet, quam ut nimios spasmos, qui præcipue sensibilem ventriculi & intestinorum tractum afficiunt, blande componere, & turbatos solidorum motus ad temperiem reducere studeat. Id quod a nobis optime præstitum est per appropriata antispasmodica, tam interne oblata, quam extrinsecus adhibita, quorum usum ipse latissimus mali eventus comprobavit. Præter hæc vero, peculiare adhuc phænonon explicandum erit, cur a lacte matris iracundia tactæ statim feces crassæ & colore immutato, virides apparetint. At vero, quum ea sit iræ affectus indoles, ut tonum & quorum intestinorum peristalticum turbando, alvi excretionem suppressat, facile evenit, ut contenta in intestinis recrementa longiori mora acorem contrahant, bilisq; admixtione corrosivam plane natram cum virore induant. Quare tum temporis simul ad materiam acido biliosam & corrosivam blande temperandam medentis intentio dirigitur recessime.

CAP. XIII. De aliis infantum morbis.

55

etissime. Ceterum, ne innocua proles a perversis nutricum affectibus graviter luat, serio ipsis hæc commendanda est cautela, ut post lonticam animi commotionem lac nunquam, nisi mammis antea emulctis, unoque & altero die interjecto, sugendum præbeant. Nonnullæ a canibus adhuc lactentibus lac fibi esugi patiuntur, qui etiam non raro inde moriuntur, luculentum veneni accepti testimonium relinquentes. Neque tamen mediante lactis vehiculo sola animi affectuum noxa in infantes derivatur, sed idem quoque de aliis nutricum vitiis arbitrandum esse velim. Ita enim febrem tertianam sugenti communicatam haud ita pridem vidi.

O B S E R V A T I O V.

*Lethalia  
nutris  
ur.* Serenissimus infans, a matre editus tenera, morbosa, & non levi sanguinis & humorum impuritate prædicta, ab ipso vitæ primordio maculis purpuraceis, ocalorum lippitudine, capitifque achoribus laboravit; mediocriter tamen semper valuit. At vero, quum septem prope mensibus elapsis, nutriti munere fungens femina in repentinum incideret morbum, nec facile in ipsius locum alia commoda nutrix posset substitui, optimus ille princeps, a dulci lactis succo abstractus, nunc jusculis av enaceis aliisque alimentis educari debuit. Sed quæ antea cautissime evitata erant mala, pleno nunc agmine irruerant. Siquidem tenellus, ciborum appetitus dejecta, subito inquietus reddebatur, in somno, qui tamen paucus erat, pavebat, difficulter cum sibili respirebat, immodico valdeque corrosivo alvi fluxu laborabat, tenerumq; corpusculum inter altos clamores mittere torquens adstantium misericordiam in se omnem vertebat. Quæ singula quum truculentos intestinorum doles satis clare indicarent, nihil profecto, quod saluti esse poterat, omittebatur. Dabantur enim interne pulvres antispasmodici, leniter absorbentes diaphoretici, ex pulvere March. C. C. usto, phil. præparato, succino &c.

confecti, quibus ad alvi fluxum moderandum cortex cascarillæ, & prodost tercia pars grani theriacæ cœlestis in vino prius soluti adjecta; extrinsecus autem ab omnini partim sacculi laborantes in vino cocti, partim linimenta oleosa & spirituosa, & anno demum clysteres emollientes subinde applicabantur, non omisso sero lactis dulci potu substituendo. Sed inanis erat omnis medicinæ energia, & supervenientibus epileptico convulsivis motibus optimus ille princeps in vita initio e vivis tollebatur. Instituta post mortem anatomica sectione intestinum colon, ubi sinistra ejus flexura ad rectum porrigitur, ad ulna latitudinem valde erat constrictum & ita angustatum, ut vix tenuis stilus transire posset; in ea vero parte, quæ mesocolo adhaeret, ad ventriculum usque non obscura inflammationis prægressæ indicia se manifestabant. Reliquis intestinorum tam tenuium, quam crassorum tractus valde erat destentus, excepto ileo, cuius ambitus itidem naturali minor conspiciebatur. Mesenterium quoq; & concava hepatis regio plures inflammationis & subsequente sphacelationis notas offerebant, quæ similiter etiam per convexam hepatis superficiem disperse observabantur.

E P I C R I S I S.

Quis est, qui non videt, intempestivam pulsionis ablactationem primam querelarum omnium occasionem suppeditasse. Equidem novi infantes numero plures, ob aliquam aut matris aut nutritiæ imbecillitatem a lacte maturius paullo abstractos, qui nihilominus robusti sibiique satis constantes permanserunt. At vero, longe aliter res fæse habet cum tenerioribus, qui per infirmitatem ab utero contractam, alimentis aliis præter blandum lactis succum digerendis minus sufficiunt. Si qua vero ablactandi necessitas urget, optime lactis vicem gerit serum lactis dulce, secundum methodum nostram elaboratum, quod fluxile s. tis, omni-

que caleosa substantia orbatum facillime a ventriculo potest subigi , sicut ego exemplis quamplurimis edoctus scio . Quod vero ad ipsam sectionis historiam attinet , scire licet , quod varix de causa morbi commotæ fuerint lites , quam alii in naturalem intestinorum angustiam rejicere voluerunt . Sed ut paucis hac de re meam expromam sententiam , probe equidem inter causam mortis proximam , & causam morbi , quæ tandem causa mortis sit , distinguendum esse statuo . In hoc nostro casu nihil dubii est , quin mors a spaciose partium internarum corruptione ; hæc autem a spasmodica intestinorum constrictione & flatulenta tenui- um distensione immediate dependeat . Eadem fere phænomena , maximeque nimias coli contortiones , non modo in infantibus , epilepsia , immo dica alvi fluxione & convulsione demortuis , verum etiam in adultioribus , nimia sanguinis vel per vomitum , & hæmorrhoides , vel per menses & lochia fluxione laborantibus crebrius annotare mihi licuit . Brevi enim ante mortem intervallo in hisce ; similibusque affectibus severissima intestinorum convulsiones & spasmi accedunt , qui altera ex parte constrictiōnem , ex altera vero flatulentam distensionem inducendo , sanguinem hinc inde ad stafin inflammatoriam , indeque pendente sphaeculum disponere solent . Imo a tali perturbato sanguinis circulo , nec caput & pulmones sunt immunes , sed in his quoque , varix naturalis status lœsiones & in dextro cordis ventriculo sanguinis coagulati grumi s̄pē s̄pius deprehenduntur ; licet in præsenti sectionis historia nulla cordis & pulmonum facta fuerit mentio . Hæc autem allegata mortis causa a causa morbi & symptomatum longissime differt , quam equidem nativæ intestinorum angustiæ , ut quidam putarunt , ideo tribuere nollem ; quoniam , si hæc connata fuisset , a prima nativitate crebriores morborum insultus debuissent accedere , nec forsitan optimus puerulus ad tantam , licet bre-

vissimam , extatam potuisset pertingere ; Multo magis veritati admodum consentaneum videtur , quod sanguinis & humorum dyscrasia , quæ antea purpura , lippitudinem & achores induxit , nunc ob incongruam diætam , forteque prohibitam transpirationem , ad intestina magis conversa gravissimos ibi spasmos & inflationes produxerit ; unde , suspenso circulationis æquilibrio , inflammatio , sphacelus & ipsa demum mors prognata fuerunt .

## O B S E R V A T I O VI.

*Epilepsia ex achoribus repulsis.*

Bimulus quidam , sanguine & suc- crusta lactea capitisque acutioribus la- boraverat , cui chirurgus quidam prom- tæ audaciæ pulverem cerussæ , boli armenæ & terræ vitrioli dulcis capiti inspergendum commendabat . Excicabantur inde quidem ulcuscula , sed infans proh dolor languescens pæneque torpidus , pavoribus in somno percellebat , pallebat , & post levem corporis refrigerationem in universo cor- pore ita rigescerat , ut digitis in vo- lam manuum collectis dentibus strideret , oculis apertis mirumque distortis vibraret , sub anxiō anhelitu spumesceret , rapidilq; motibus convulsus verum epileptici habitum ostentaret . Quæ quum ita agerentur , parentibus ad me anxiæ advolantibus consilium dabam , ut decocto cornu cervi , hordei & gly- zyrrhicæ in potus locum substituto , per intervalla pulverem ex bezoardicis si- xioribus conflatum in aquis analecticis cum mixtura simplici leniter imbat & propinarent , alvum clysmate subducendam , totumque corpus probe fri- candum curarent ; his autem præmissis specifica antiepileptica , e.g. pulverem ex lumbricorum terrestre granis sex , antimonii diaphoretici & lap. cancerorum ana granis quatuor confectum subjun- gerent , non neglegitis simul calidis spinæ dorsi & artuum inunctionibus , cum ungento ex axungia canis , & ca- storei , oleo nucisæ , menthæ , caryo- phy-

### CAP. XIII. De aliis infantum morbis.

57

phyllorum &c. conflato instituendis. Quorum remediorum effectui Deus ita clementissime annuebat, ut hostili materia ad summam cutim denuo propulsa, innocua proles a sevissimis epilepsia insultibus sensim ex voto liberaretur.

### E P I C R I S I S.

Justissimam meretur censuram hæc per ræversa achorum repulsio, qua fortes ulcerose, optimo naturæ consilio eliminandæ, versus interiora fuerunt repressæ, partibusque nervosæ insidentes sevissimos spasmos concitarunt. Evidem capitis exulcerati cum aqua sclopatoria, aliisque externis convenientibus ablutionem feliciter cessisse novi, sed probe cavendum velim, ne hoc ante debitam corporis per leniora laxantia, diaphoretica & infusa calida repurgationem suscipiat, imo etiam cum ipso externorum usu remedia blande diaphoretica apte conjungantur; alioquin auxiliï loco majorem facile noctam inducimus. Vix autem melius symptomatibus ex retrocedente cutis impuritate oriundis succurritur, quam si nocivam materiam ad corporis habitum revocare annitimus. Id quod in subjectis paulo habitioribus externa epipastica leniterque vesicantia, in teneris autem calidæ frictiones, & interne pulveres bezoardici cum infusis theiformibus & diacono regimine dati commodissime præstant, ut deinceps remedia, specifica quadam virtute spasmos sedantia felicius adhiberi possint, inter quæ maxime mixturæ, ex aquis antiepilepticis, specifico cephalico, pulvere marchionis, liquore meo anodynō, uno moschi grano, & syrupo pœoniæ conflata apud infantes laudem merentur.

### O B S E R V A T I O. VII.

Convul-  
ſo ex  
tuffi &  
spasmodi-

Trium annorum puer, habitu corporis succulentiori præditus, a prægressa refrigeratione tussi satis vehementi corripiebatur, pectoris humoribus valde

tenacibus infarctum turgidumq; nihil fere, aut parum muci vilcidi laborioso conatu reddebat, & tandem ipsa convulsio accedens haud inanem mortis timorem incutiebat. Alius quoq; ejusdem habitus puerulus, cibo aliquando nimium repletus, circa decubitus de magna pectoris angustia conquerebatur, & noctu dein expergefactus cibi quidpiam adsumti, magnamque muci vilcidi quantitatem evomebat. Sed nihilominus, redeunte vomendi conatu, inter summas anxietates & suffocationis periculum nihil prope matris viscosæ vomitu reddere poterat; unde convulsus miserrime habebat.

### E P I C R I S I S.

Diicti hi affectus pro causa agnoscunt ventriculum, tenaci humorum laburra repletum atq; distentum; unde nervi præcordiales vellicati spirandi angustiam cum suffocationis metu & convulsivis artuum tractionibus inducunt. Que vero si præsto lunt mala, vix melior datur medela, ac si viscidorum humorum colluviem per lene emeticum, insufficienti liquidi quantitate solutum exterminare contendimus. Quo fine pro diversa ætatis ratione tertiam vel dimidiam partem grani tartari emeticæ, in aqua cinamomi soluti, vel aliquot grana radicis ipecacuanæ cum aqua calida infusa, vel etiam, ut nonnullorum mos est, oxymel squilliticum subinde propinare expedit. Nec facile in tenellis succulentioribus reformidanda est emeticæ oblatio, ut potius mirabiles in sanando effectus ab iisdem tempestive adhibitis sapissime obseruentur, & postea remedia blande resolventia, ut pulveres exsolutionis oculor. cancri & radicis ari granis tribus, rad. ireos Florentinæ, antimonii diaphoretici & sacchari granis duobus parati, subunctis infusis herbarum pectoralium calidis, longe præstantiorem habeant usum.

### O B S E R V A T I O. VIII. Tales.

Infans unius anni, nutrice usus morbosa, & ob vitam sedentariam, parciorē potum

## 58 CAP. XIII. De aliis infantum morbis.

potum & acidorum inter cibos usum spississimique lacte repleta, inopinato quondam gravibus ventris torturis, alvi obstructione & insigni abdominalis a flatibus distensione adficiebatur. Remittebat quidem malum inconvenienti medicina tractatum, sed ingens abdominalis tumor relinquebatur, qui ad cordis usque scrobiculum, & hypochondri latera extensus tanta duretie pollebat, ut digitis vix cederet. Inter haec simul noctes ducebantur insomnes, alvus mox excrementsa dimittebat glutinosa & coagulata, mox nimis fluida, cibos appetendi facultas fere penitus erat dejecta, bibendi contra cupiditas intenſior, totumque corpus modo frigens, modo calens, in partibus tam superioribus, quam infra abdomen sitis indies magis marcescebat, imo omnia ita erant comparata, ut veram tabem satis dilucide indicarent. Ego itaque consultus suosor fui, ut primo omnium intestinorum parietes ab amurca viscidâ per pulverem Cornachinum, ad grana lex cum syrupo cichorei & aqua fennic. datum, liberentur; postea vero pulvis, ex æthiopis miner. gran. 4. char. citrar. gran. 6. compotitus singulis diebus mane offeratur, eodemq; peroctiduum usurpato, pristinum laxans repetatur, & sic aliquoties alternando curatio per aliquod tempus adornetur. Præter haec vero, potui vel decoctum, ex radicibus quinque aperientibus patratum, vel serum lactis dulce, cui oleum tartari per deliquum instillatum erat, substituebatur, & ad vim ventriculi concoctricem juvandam, bilisque balsamica defectum explendum, inter cibos quindecim guttae elixir mei visceralis propinabantur; extrinsecus autem abdominalis durities & flatulentia oleo chamomilla cocto & emplastro Barbette camphorato fovebantur. Atq; hac ratione, maxime cum in diæta, relictis omnibus crassioribus, juscum tenuiora cum radicibus aperitivis decocta adhiberentur, puerulus sensim, licet lento gradu, a diro hoc malo ciuitusque imminente moriendo necessitate liberabatur.

## E P I C R I S I S.

Tumores abdominalis cum macie infantibus familiares non aliam agnoscunt causam, quam viarum, quæ chylum vehunt, a materia viscida obstructionem; unde non solum copiosi, intestinorum canalem distendendo, abdomen tumidum reddunt; verum etiam, ob denegatum chyli subtilioris ad sanguinem transitum, partes corporis succo alibi defraudatae contabescere incipiunt. Quum itaque in ejusmodi adfectibus crusta intestinorum villosa tantum non semper materia crassa & tenaci obfessa, ipsaque mesenterii glandulae, sicut anatomica sectiones docent, valde tumidae & infarctæ sint; eo omnino curantis dirigenda est intentio, ut expurgata intestinorum colluvie, talia remedia in usum proponat, que aliqua humores viscidos attenuandi & re solvendi energia pollent. Id quod, præter alia deoppilativa, etiam æthiops mineralis egregie præstat, utpote quem D. D. Harris & alii, remediis fere omnibus colliquantibus longissime anteponunt. Sed ut conveniens simul vietus ratio accedat, in primis necesse est.

## O B S E R V A T I O IX.

Puer octennis a matre ad cachexiam proclivi genitus & enutritus, a primo mox ortu ossibus anterioribus carneque spongiosiori præditus, valde languidus, facieque tumidus apparuit. Accedente dein ea ætatis periodo, qua alias infantes pedibus infistere solent, terram attingere detrectat, & licet quandoque ingrediendi aliqua potentia pollere videretur, brevi tamen iterum adeo debilitabatur, ut vix pedem mouere posset. Ceterum bene appetens, dirigens & egerens insigni ingenii alacritate, & statura supra æatem magna gaudet, præsertim tamen caput inusitatæ fere magnitudine quasi inflatum conspicitur, ut naturalis membrorum convenientia fere penitus sub-

Rachitidis  
Species.

sublata videretur. Parentes, qui causam mali incantationi tribuebant, innumeris frustra adhibitis, a me tandem consilium expectebant, quod etiam hac ratione lubens suggerebam. Primo omnium, repurgatis primis viis, talem victus rationem præcipiebam, quæ parca, tenuis leniterque exsiccans erat, ut scilicet puerulus in parva quantitate carnes tantum assatas cum pane simillagineo comedeteret, pro potu decocto ex rad. chinæ & rasura ligni sassafras cum passulis uteretur, mane in lecto sub decocti calidi usu leniorisque sudoris exspectatione membra pannis callidis probe fricanda daret, & demum balneum Lauchstadiense per tempus adhiberet, sub junctis post singulos usus frictionibus, artuumque inunctiōnibus cum tali spiritu nervino: Rec. aquæ reg. Hungar. uncias duas, saponis Veneti drachmas tres solutis adde balsami Peruv. drachmam dimidiam, olci caryophyllorum, lavendulæ, majoranæ ana guttas XV. Quibus per aliquot menses probe observatis eveniebat, ut puer magis magisque pedibus uti disseret.

## EPICRISIS.

Referri hic casus videtur inter rachiticos, ob symptomatum convenientia. Causa mali in nimia succorum serisorum redundantiam, partiumque solidarum flacciditatem ponenda est; unde membra nimis laxata debita sua firmitate agilitateque caruerunt. Similem ambulandi impotentiam sapissime in adultioribus observavi, qui succis spilliōribus prædicti, intra breve temporis spatium paullo majus corporis incrementum crescendo ceperunt, ubi præter tenuem victum balnea vel naturalia, vel per artem cum herbis nervinis parata eximie profueunt; licet interdum vix prius, quam altera ætate periodo, indeque mutata corporis totius textura, membris recte uti valuerint.

## OBSERVATIO X.

Morbis quoque incongruis infantilis <sup>Hæmorrhoides</sup> ætas patet, quod sequentes historia <sup>sam flue</sup> demonstrabunt. Trium annorum pueræ, facie pallida, parumque appetens, non solum inter alyi depositionem una cum fecibus crux pauxillum excernit, sed postea quoque tuberculum, avellanæ magnitudine, tactui renitens, multumque molestiæ inter sedendum adferens in ano accipit. Quæ cum audirem, puellam ex mala ventriculi digestione, indeque ortis flatulentis, majori sanguinis ad vasa hæmorhoidalia congestione laborare judicabam. Namobrem an alvi libertatem servandam, sanguinemque purificandum præscribebam infusum theiforme, alternis diebus mane hauriendum: Rec. herba hederæ terrestre manip. unum, summitat. millefolii, flor. chamomilla vulg. papav. rhædos. ana pugil quartuor, fol. sennæ l. stip. tremoris tartari ana drachmas duas. C. D. S species, quarum drachma una cum mensura dimidia aquæ infundatur. Ventriculo prospiciebam elixir meo viscerali, ad viginti guttas in prandio & hora quinta vespertina dato. Denique vero tumoris causa externe linteum vino calido rubro, Pontack, imprægnatum applicari jubebam; idque tam felici successu, ut brevi hæ molestiæ ex voto disparerent.

## OBSERVATIO XI.

<sup>Diabetes</sup> Hæc scribenti in memoriam venit causæ de diabete symptomata satis notabilis. Puella enim octennis, illustri stemmate ortæ, ingentem sordium alvinarum copiam, ob neglectam forte alvi depositionem, in intestinis accumulaverat. Accedebat dein crebrius urinæ stillicidium, cui medici, quorum non pauci consulabantur, varia traumatica aliquo adstringentia audacter opponebant, & insuper fere habitu alvinæ excretionis negotio, solam tintæ rhabarbari, vel Claudi

ape.

aperitivam timidi præscribebant. Sed aucto proh! dolor molestissimo urinæ fluxu corpus ita debilitabatur, ut superveniente demum materiæ purulentæ excretione, ægra febre hectica consumta decederet. Aperto per cultrum anatomicum cadavere, intestina tenuia mirum erant distenta, & utraque hypochondrii latere intestinum colon durissimum iisque copiosissimum, Icybalis repletum, ut duplo majus videretur. Rerum sinistra a superincumbente colo compressus naturali major, & ex parte purulento ichore refertus conspiciebatur. Unde facillimum erat judicatu, nimiam intestini coli distensionem, renis tubulis relaxatis, majorem humorum adfluxum, & urinæ separationem proritasse. Quare officio defuerunt medici, qui relicta causa, solam diabetem adstringentibus tractarunt: quum tamen clymata aliqua interna emollientia, tempestive adhibita malum exitum arcere potuissent facillime.

## O B S E R V A T I O XII.

Illustrissima puella, decem annos Convul- nata, admodumque sensibilis ac te-  
sus cum neram, nutricem habuit valde im-  
vermi- puram, & a prima infantia gena-  
bus com- rum tumore, oculorum lippitudine  
pliati. aliquæ malis, a sanguinis dyscrasias obortis laboravit. Tandem priori anno sine notabili causa motus spasmodico-convulsivi cum vertigine, corporisque totius rigore & tremore mox pedes, mox brachia miserrime adficiebant, ita ut ægra,

prægresso formicationis sensu, mi-  
cum labefactata aliquoties per diem in terram caderet. Varia a variis præscripta erunt remedia, sed si-  
ne omni effectu. Quum vero & e-  
go in consilium vocarer, puellam nimis voracem cibis maxime dulcibus, farinaceis & lacticiniis delectari, quandoque ventris tormentibus adfligi, & olim vermium quædam signa præbuuisse, compcri. Un-  
de, mutato vietu, ad primas vias vel a sordibus, vel a vermis, si præsto essent liberandas bis in hebdomade octo vel decem harum pilularum præscripti. Rec. gummi am-  
mon. dep. extr. tanaceti, asæ foeti-  
dæ, boracis Venet. ana drachmam dimidiam, rhabarbari electi drach-  
mam unam semis aloes puriss. grana X V. extr. croci, castorei ana grana tria, M. f. l. a. cum tereb.  
Veneta pilulae ex scrupulo X X X. Præter hæc quovis die mane in le-  
cto infusum nervinum, ex herba melissæ manipulo uno, florum cha-  
momillæ vulgar. tiliæ, primul. ve-  
ris, salviæ, sambuci ana pugillis duobus confectum, inter corporis frictionem, blandique sudoris ex-  
pectationem bibendum offerebatur. Circa decubitum ex aqua antispasmodica pulvis temperans cum sex guttis liquoris anodyn. essentiaz croci & castorei nupti, & inter cibos viginti & plures guttae elixir visce-  
ralis propinabantur. Quibus per aliquid hebdomadas usurpatis balneum nervinum, ex herbis menthæ, ma-  
joranæ, salviæ, rosmar. summatum origani &c. cum debito regimi-  
ne & unguenti nervini usu commo-  
de subjungebatur.

C O M M E N T A R I U S D E  
V I T A  
D.  
F R I D E R I C I   H O F F M A N N I  
A U C T O R E  
J O . H E N R . S C H U L T Z E  
Philosophiæ & Medicinæ Doctore ac Professore  
Publico .



Lorentissima & per totum orbem celeberrima academia Fridericiana , quæ Hale Magdeburgicæ , auspicis Friderici primi Borussiæ Regis & Electoris Brandenburgici , An. 1694. fundata fuit , tam felici incremento mox caput extulit , ut non solum omnes litterarias civitates sub ejusdem regis sceptro degentes & jam olim coalitas brevi tempore superaret , verum etiam vicinarum academiarum nulli quicquam concederet , sive famam & merita docentium in iisdem parum spectes , sive litteris operantium frequentiam & nobilitatem . Tam læti & ad votum potentissimi fundatoris omnino fluentis successus caussam si quis quaesierit , ex hominum quidem parte non aliam potiorem facile inveniet , quam quod initio statim provide curatum fuit , ne alii constituerentur professores , nisi nominis celebritatem consequuti , eaque ætate vigentes , qua & strenuis laboribus sufficerent , & rerum usu jam essent subacti & exercitati . Unde factum est , ut tot viris lectissimis per omnes , ut vocari solent , *facultates* summis viribus simul entitibus , omnique ingenio pro novæ academiæ gloria contendentibus , nulla sive divinarum sive humanarum rerum scientia fuerit , quam non nova luce collustrarent , adeo , ut mox in sui admirationem plurimos raperent , nec paucos ad æmulum studium provocarent .

Eluxit quam maxime hæc inter sidera doctrinæ elegantis copia & varietate ornatissimus , splendidorum munerum meritorumque decoribus illustris & variis ingenii monumentis , artisque felicissimis operibus inclitus vir , Dominus Fridericus Hoffmannus , Comes Palatinus Cæsaricus , Regie Majestati Borussiæ a consiliis sanctoribus & valetudinis

tute-

tutela, doctrinæ naturalis & medicæ primus in academia Fridericia-na Professor, & Primarius, omniumque, qui in ea publice docent, Senior, Academæ Cæsareæ Naturæ Curiosorum ut & Petropolitanæ ac Regiarum societatum Britannicæ ac Borussicæ socius, patronus ac præceptor meus perpetuo obsequio ob plurima beneficia colendus. Hujus vitam tanto majore fiducia litteris mandare aggredior, quod longa ac diuturna ejus consuetudine usus, nullaque rerum ad illum pertinen-tium notitia destitutus sum commentarii de vita Hoffmanni, quem ipse composuit accuratissime particeps factus, certiora omnino allaturus esse videat, quam ab aliis exspectari possint. His itaque præfidiis instruc-  
 & diligenter uso haud metuendum videtur, ne mediocre hoc, ab omni-que ornatu vacuum scribendi genus minus gratum, atque posteritati de-merendæ minus idoneum existimetur. Non enim ignoro vitas ornatissi-me scriptas, & panegyrico sermonis habitu indutas, plures fere lauda-tores, quam lectores, invenire. Nam verborum exquisitus ille ornatns admitti nequit, nisi longum sermonem texamus, quem floribus illis oratorum tempestive interseritis distinguamus: hæ vero ambages nimis facile eorum patientiam attterunt, qui rerum potius cognitione pasci, quam lenociniis verborum delectari consueverunt.

Videor autem mihi in laudatissimos Hoffmanni nostri majores inqui-rendo familiam vere Asclepiadeam intueri. Quantum enim per duo ad-modum sœcula respicienti patet, medici, aut pharmacopœi sunt, qui-  
 bas suam debet originem. Atque ut a materna stirpe initium faciam, indicandus est vir Præstantissimus Wolfgangus Holtzwirth, ex famili-a nobilissima & consulari apud nos ortus, qui artis pharmaceuticæ stu-diosus illo tempore Witteberga versabatur, quo Valerius Cordus magna sui nominis gloria Diocoridem ibi explicabat. Tantopere autem Cordi doctrina capiebatur Holtzwirthius, ut Witteberga discedentem eum Romam usque prolequeretur, atque induvulus comes & socius eidem 1544 immatura morte obeundi adfisteret. Quum biennium Romæ ex-e-gisset, stimulabat ipsum plura lustrandi & simplices medicinas in patriis locis requirendi desiderium, quasi hereditate a Cordo præceptore accep-tum, ut Venetiis navem concenderet & Hierosolymam usque pergeret. Ex longinqua peregrinatione redux Wolfgangus noster A. 1554. Viri Magnifici & Consultissimi Melchioris Klingii, archiepiscopatus Magdeburgici Cancellarii, filiam Catharinam uxorem duxit, & ex hac suscep-tit filiam Elisabetham.

Hanc vero Elisabetham Holtzwirthiam conjugem 1579. duxit Lau-rentius Hoffmannus, ex celeberrima episcopatus Bambergensis metro-polii ortus, Lipsiæ autem artem pharmaceuticam edoctus. Hic Friderici nostri proavus, atque Hoffmannorum Halensium, quotquot cognatione nostrum tangunt, sator fuit. Ex progenie hujus Laurentii maxi-mem notari merentur duo filii, Laurentius & Andreas: quorum ille Jo. Georgii I. Electoris Saxoniæ archiater, eximium & immortale nomen inter

inter præcipuos Germaniæ medicos consequutus, nobilitatis insignia, An. 1630. tribuente Ferdinando II. Romanorum Imperatore, familia Hoffmannianæ intulit, & ingenii etiam præclara monumenta reliquit: hic autem pharmaceuticae rei consecratus in hac urbe mansit, & ex Gertrude, Friderici Seyferti, Ædilis & Camerarii Halensis filia, progenie Fridericum Hoffmannum, qui Friderici nostri parens factus est.

Postulat hic maxime locus honorificam commemorationem *Balthasaris Brunneri*, viri inter sui temporis medicos celeberrimi & de Hoffmanniana familia meritissimi facere. Erat is *Halæ* natus, patre *Laurentio*, cive & senatore, qui originem duxerat ex *Briga*, *Silesiorum* urbe & quondam sede ducali. Commendatissimus autem erat hic *Balthasar* magno trium Imperatorum archiatro Jo. Cratoni a Kraftheim, in cuius ædibus aliquanto tempore vixit filii loco habitus. Non minus carus erat *Georgio Laureæ*, Elektorum & Marchionum Brandenburgicorum archiatro, cuius filiam uxorem ducebat. Quum vero illam immatura morte amississet, secundis nuptiis sibi adjungebat *Laurentii Hoffmanni* viduam *Elisabetham Holtzwirthiam*, ejusque liberis *Hoffmannianis* summa benevolentia fovendis & educandis operam ita impendit, ut non in vitrici manus eos incidisse, sed amantissimum patrem in eo habere intelligeretur. Desponsabat hic unicam filiam, ex priori uxore suscepitam, privigno *Lauren'io*, quem ad optimas scientias & medicinæ penetralia deduxerat, eundemque commendatione sua potissimum juverat. Gratius hoc beneficium prædicat *Laurentius*, in præfatione, quam amantissimi vitrici sacerisque consiliis præfixit, quum apud nos 1607. primum ederentur. Eadem enim non ita pridem apud *Batavos*, procurante *Hermanno Boerhavio*, recusa esse, publice notum esse debet.

Transimus ad *Fridericum Hoffmannum*, *Andreæ* filium, qui An. 1626. apud nos natus, & litteris probe tinctus, medicinæ autem scientia Jenæ ac Wittembergæ imbutus, tantam crebro & felici artis exercitio famam consequutus est, ut Augusti, *Saxonie* Ducis & archiepiscopatus *Magdeburgici* Administratoris, archiatri munus consequeretur. Nomen etiam illustre in republica litteraria scriptis immortalibus consequutus est; quæ inter maxime celebrantur *Methodus Medendi & Clavis Schröderiana*. Hic in matrimonio habebat *Annam Mariam* ex antiqua & nobili *Knorriorum* gente ortam, *Friderici Knorrii* patricii & senatoris filiam, proxima affinitate junctam medico & chymico clarissimo Matth. Unzero; cuius gener fuit itidem celebris *Andreas Nietnerus*, *Ducis Saxonie & Administratoris Magdeburgici* archiepiscopatus archiater. Ex hac inter complures liberos suscepit An. 1660. a. d. 19. Februarii *Fridericum nostrum*, qui non solum omnes ex iisdem parentibus natos, verum etiam ejusdem familie majores, quantumvis laudatissimos, eruditionis & meritorum magnitudine ac dignitatum splendore, ita etiam longævitate, divino quidem munere, longissime superavit.

Primam ejus ætatem ad christianam pietatem & litterarum rudimenta,

ta, quantum sese explicantes animi vires capere poterant, pii parentes formarunt, eidemque tam necessario negotio idoneos homines in subsidium adhibuerunt. Quum hæc inter ætatis decimum tertium attigisset annum, publico urbis gymnasio, tunc frequentia auditorum & docentium celebritate florentissimo, tradebatur. Inter ceteros eminebat M. Prætorii, neque minus M. Drechsleri, fidelis industria & singularis nec omnibus concessa facilitas, qua teneris adolescentulorum animis ea instillare præcepta noverant, quibus ad altiores disciplinas cum fructu percipiendas præparari debent. Atque horum in primis virorum fideli institutione per quatuor annos gavilus, præter pure ornataeque loquendi & scribendi exercitia, per omnes etiam philosophiae partes deductus, & mathematicis insuper disciplinis large imbutus fuit. Memini ipsum saepè auditoribus suis, saepius filiis, ilisque, quos filiorum loco præter ceteros amabat, commemorare, nihil magis præclare sibi profuisse, quam quod mature ad numerorum doctrinam & mathematicas res tractandas fuerit deducetus. Ita enim se adsuevisse clarorum & perspicuorum conceputum desiderio, & ex cognitis certisque principiis obscuriora & incognita eliciendi demonstrandique methodo, ut deinceps, tam discendo quam docendo occupatus, non nisi quæ clara & perspicua sunt, vel ipse met amplectetur, vel aliis proponere amaret. Solebat in hanc rem commemorare Hippocratis ad Thessalum filium epistolam, quæ hujusmodi studiorum in omni vita multiplicem fructum impense laudat, medicinae vero cupido eadem seorsim commendat. Et ingenium omnino tale natus erat *noster*, ut istiusmodi disciplinis, quæ certis conclusionibus innituntur & connexæ sunt, præcipue delectaretur: minime vero ferretur ad illa, quæ imaginationis & memoriaræ ingentem vim & nativam promittudinem poscunt, ut sunt poetica facultas aut musica, item oratoriæ atque amplissima stirpium cognitione: quibus quidem justum pretium statuit; ipse autem severioribus istis, quæ judicium & meditationem requirunt, animum a primis annis, & per omnem deinceps vitam, impedit.

Hæc inter domi ipsum ab otio illiberali satis revocabat indulgentissimi parentis semper occupatissima ad aliis inserviendum industria. Nam quum continuo illi adhærerent medicinae studiosi, quibus per omnes artis salutaris partes instituendis operam dabant; crebretrime *noster* doctissimo parenti adstebat, quoties vel anatomicis vel chimicis demonstrationibus occupabatur. Sicque vere illum reportabat fructum, quem isti prisorum Asclepiadarum filii, qui cum patribus, artis opera, eoque pertinentia progymnasmata, exerceantibus continuo versantes, ipsi propemodum non sentientes, proficiebant, tamque profunde animis visa, audita, propriisque manibus tractata immitebant, ut facilius fuisset elementa literarum oblivioni tradere, quam ex animo hæc dimittere, quibus a teneris unguiculis adsueverant.

Tam felicis successu, gradibusque citatis ad metam studiorum decur-  
rea-

rentem adolescentem acerba clades Hoffmannianam domum An. 1675. affligens graviter perculit. Dei enim nutu fiebat, ut intra triduum uterque parens, & filia natu maxima, epidemio morbo, qui veris initio tunc sæviebat, abriperentur.

Non possum quin hoc loco commemorem, quod ex ore excellentissimi viri sæpe me audire cum summa jucunditate, nec minori fructu meo, memini. Nam, ut sæpe solebat, vel liberis suis vel familiaribus amicis, recensere, quæ sibi adversa olim visa, ad felicitatem tamen veram promovendam potentissima, divinitus evenerint, & non minus ex sobria philosophia, quam pietatis christianæ intimis doctrinis, de fructu ex adversis capiendo graviter differere: ita hujus quoque casus, non aliter meminisse solebat, quam ut divinæ providentiæ gratias ageret, quæ in maximam utilitatem sibi & suis hæc evenire jussisset. Decesserant optimi parentes, quo tempore lubrica ætas natorum maxiime indigebat parentum consiliis, monitis & multis ad vitam commodam subsidiis, ab illorum pietate & indulgentia exspectandis. Decesserant non amplissimo patrimonio relicto, & hujus non exigua partem flammæ consumserant. Sed orba parentibus adolescentia ad Deo constantius fidendum, ad preces ardenter fundendum, ad virtutes amandas & honesta studia impensis colenda impulit, & loco fastus, quem felicissime vivere adsueti vix effugiunt, veram modestiam & inserviendi promptum honestumque studium inspiravit: quibus virtutibus effectum est, ut satis mediocres opes, divino adspirante favore, sufficerent ad illud in vita consequendum, ut nemo illorum, quos tam gravis calamitas simul cum nostro perculerat, non abunde haberet, unde vitam honeste, & cum decore toleraret. Quin nec studia, quibus se noster consecraverat, detrimenti quicquam inde cepisse, idem probe accurateque ostendit. Nam quum mature gustum medicinæ parens præbuisset, verendum erat, ne se his, quæ huic disciplinæ domestica & propria sunt, nimis cito immergeret, eorumque dulcedine captus segnius, aut minori saltem ardore ea tractaret, sine quibus hæc, quæ ad sublimiores scientias pertinent, nec bene digeri, nec communicari cùm aliis possunt. Mansit autem gymnasii patrii alumnus usque ad finem An. 1678. quo editis speciminiibus eruditionis suæ per disputationem *de Mundo*, Præsside laudato Prætorio defensam, & sollemnem orationem publice eidem vale dixit, & cum patronis ac necessariis amicis de ratione studiorum alibi locorum ineunte, earumque sede diligenda deliberavit. Amor artis salutaris, Hoffmannianæ domui quasi gentilitius, semper animum nostri tenuerat; ejus autem celeberrimus Professor Georg. Wolfgangus Wedelius in inclita Jenensi academia tunc unus omnium maxime florebat: quare omnium consilio hæc ipsi schola Asclepiadei dogmatis eligebatur.

Quemadmodum mature cognoverat medico futuro maxime idoneas esse disciplinas mathematicas & philosophiaæ naturalis assiduum stu-

dium ita in primis curæ cordique habebat, ut in hisce magis confirmatus, medicinæ operam felicius navaret. Nec deerant tam honesto amori, qui abunde satisfacerent, celeberrimi tunc doctores *Eberhardus Weigelius*, ille *Archimedes Jenensium & Jo. Andr. Schmidius*, Theologus postea *Helmstadiensis & Abbas Mariævallensis*, quorum doctrinis se plurimum debere gratus sape celebravit. Ad medicinæ autem doctrinas recte percipiendas præter ceteros utebatur jam laudato *Wedelio* præceptore: plurimum tamen ab assidua meditatione & frequenti bonorum medicinæ auctorum lectione exspectabat. Sub hoc præside in cathedra stabat, & An. 1678. & de *Menstruo ventriculi* disputabat.

Quum annum tempus *Jenæ* translegisset, omnibusque commilitonibus industriam suam comprobasset; rogabant ipsum non pauci amicorum suorum, ut se participes redderet domesticarum exercitationum, quibus chymiam assidue colebat. Horum itaque in gratiam, & ut ipse met docendo magis confirmaretur; hunc laborem minime subterfugendum duxit. Neque parum isto se studio tam illis, quam sibi, profuisse sensit. Enimvero major erat cupiditas per chymiam speranda medico doctrinæ emolumenta consequendi, quam ut retinere se ipsum posset, quo minus ardenti desiderio suo quovis modo satisfeceret. Florebat tunc artis hujus singulari laude *Caspar Cramerus*, medicinæ in vicina *Erfordiensis* academia professor longe celeberrimus, ad quem anno 1680. in eunte proficisci ebatur, seque omni officiorum genere in amicitiam tanti viri insinuebat. Multum ipsi profuerunt prælectiones chymicæ, quibus assiduo studio intererat: sed longe plus emolumenti ex domestica conversatione & quotidianis colloquiis ejusdem medici percipiebat. In hoc secessu elaborabat ad dogmata potissimum *Hermoniana*, quæ tunc in scholis medicis regnabant, quibusque luce physicae doctrinæ plenius collustratus nunc remisit, dissertationem de *Autochiria*, quam circa finem anni *Jenam* reversus illustri *Wedelio* legendam, & percensendam offerebat, ut, si digna luce esset, sub ejus præsidio publice ventilaretur.

Enimvero tantopere commentatio hæc celeberrimo viro placebat, ut *nostro* aperte declararet, tam egregium specimen majori præmio se dignum existimare. Ne vero ambiguum esset, quorsum hæc tenderent; suadebat *nostro*, ut se illis viris adjungeret, qui tum honores doctoriales ab ordine medico petierant & propediem reportaturi erant. *Noster* vero sine consilio & auctoritate illorum, quos patrum loco venerabatur, tantam rem adgredi minime ausus, quum id Excellentissimo *Wedelio* declarasset, ab ipso tunc Decano facile impetravit locupletissimum testimonium, quod tutoribus & proximis agnatis vel affinibus exhiberet. Quo viso illi facile ad sensum præbuerunt, ut oblatos honores ambiret. His auspiciis examina legibus præscripta subiit, & cum omnium calculos promeruisset An. 1681. ultimo Januarii die, de *Autochiria*, applau dentibus omnibus, disputavit. Hoc factò a. d. 5. Februarii, quum nondum

dum vigesimum primum ætatis annum attigisset doctorales in medicina honores, brabeuta & præcone toties dicto Wedelio reportavit.

Enimvero nostro minime illa mens erat, quæ in pluribus conspicitur, qui publico eruditionis testimonio acquiescentes, non tam amplificandæ student, quam emolumentis cito reportandis inhiant. Vix doctorem e cathedra Wedelius nostrum dimiserat, quum jam flagraret cupiditate, maxime quidem laudabili, omnibus comprobandi quam esset docendo; cathedræque per se tuendæ idoneus. Periculum itaque virium sequenti menle Majo tanto cum successu fecit, ut disputatio, quam primam suis auspiciis habuit de *cinnabari antimoniis*, mox diversis formis recusa prodiret, quum admirabilis & profunda chymia, quam pandebat, doctrina lectores ubicunque alliceret. Est enim *Lugduni Batavorum*, procurante celeberrimo *Paulo Hermanno* 1685. 12mo edita, & *Francofurti ad Mœnum* 1689. in 8.

Quantopere jam considerent novi doctoris nostri dextritati ac peritiæ juvenes academicæ, mox elucebat, quum prælectiones in chymiam & alias universæ medicinæ partes insitueret. Majori enim numero & nobiliori ardore ad scholas ejus confluabant auditores, quam ut æquo animo ferre posse viderentur illi, quibus ordinarium docendi munus demandatum erat. Annuum itaque tempus, & quod excurrit, utilitati artis cupidorum Jenæ impendit, hocque ad finem tendente de morbo *convulsivo ex viso spectro* novam disputationem publice proposuit.

Hoc facto Jenam tantisper relinquere statuit, ut crebrius repetitæ invitationi viri Generosissimi & Perillustris, domini *Jonob. Mart. Unverfæth*, Serenissimi Electoris *Brandenburgici Consiliarii* & principatus *Mindensis Cancellarii* affinis sui dilectissimi, satis faceret, jamque vacillanti valetudini suæ hac peregrinatione consuleret. Evenerat enim ipso, quod omnibus solet, qui intentius naturæ contemplationi & indagationi sese dedunt, ut corporum suorum robora inquieta cogitatione nocturnaque vigilia minuant: jamque hypochondriaci morbi rudimenta non obscure lentiebat, & cur pulmonibus suis a phthisi metueret, haud adeo lata percipiebat prælagia.

Quum *Mindam* pervenisset, non solum ipsa itineris jucunditate admodum erectas & refocillatas vires mirabatur, verum etiam in honoratissimi affinis dilectissimæque sororis domo ita omnia ad votum suum comparata deprehendebat, ut redditum suum ad *Jenen/ es musas* longius, quam initio statuerat, differre non dubitaret. Sed quum mox intelligeret, quam planam sibi tanti viri domus viam ad amicitiam summorum in illa provincia virorum panderet; divinoque beneficio contigeret, ut pluribus gravi morbo decubantibus medicas manus singulari dexteritate, nec minori felicitate admoveret; amantissimæque domus preces propriæque salutis rationes liquidissimæ accederent: statuit tandem *Mindæ* potius benevolentia præcipuorum virorum frui ac florere quam se denuo invidiæ fluctibus ac valetudinis periculo *Jene* exponere. Sæ-

pius memini me ex ore ipsius audire, quod admodum jam male afflito corpore Jena digressus, itinerum ac viræ magis activæ utilitatem tum primum rectæ cognoverit, quum a sedentaria vita semet subtraxisset. Atque ab eo tempore usque in senectutem id maxime tenuit, ut quantum fieri posset, a sedendo sibi caveret. Quoties itaque aliquid meditabatur, deambulabat: quæ autem scribenda erant, inter ambulandum dictabat. Habebat etiam complures semper, quibus dictabat calamo excipienda, vel describenda dabat, quæ recensuerat. Ita vero agendo & sibi proderat, valetudinem tuendo; & illius, qui, dum ipsi a manu erant, rerum utilissimarum ampla cognitione vix lentientes imbuebantur, & ad medicam prudentiam deducebantur.

Biennium hic latus & felix exegerat, ubi animum cupidio incessit exterias etiam regiones adeundi. Primum itaque ad Batavos excurrit, ibique præcipuas & florentissimas civitates ordine lustravit, neminemque, cui ab arte & eruditione nomen paratum erat, insalutatum reliquit. Sed præcipue benevolentia celeberrimi Botanici Professoris *Lugdunensis*, *Pauli Hermanni*, patria *Halenstis*, delectabatur, qui hunc civem suum non solum per ampler hospitio excipiebat, verum etiam quovis officiorum genere demereri non desistebat. Navem deinde condescendit, & mense *Julio* in *Britanniam* trajecit, ubi per aliquot menses *Landini* & *Oxonii* exactos, quicquid in physicis, anatomicis, chymicis vel mechanicis curiosum & utile obvenit, avide consideravit, & ex clarissimorum virorum consuetudine fructum non mediocrem percepit. Sæpius tunc familiariter cum illustri domino *Roberto Boyle* versatus fuit, qui non obscure significavit, se virtuti & eruditioni nostri magnum pretium statuere, quum ultro sæpe ad se accenseret, & de rebus chymicis ac physicis longum colloquium institueret. Sed & *Slarii*, *Crellii* aliorumque artis salutaris antistitum amorem & benevolentiam sibi comparavit. Tam optato hujus itineris successu latus Novembri mense *Mindam* revertebatur, pristinoque more ægrotantium languoribus depellendis indulgebat.

Sequenti anno 1685. præsidio militari, quod apud *Mindenses* collocatum erat, cuique generosissimus & admodum strenuus vir, dominus *d' Zieten* cum imperio præerat, medicus dabatur, & præter honestum falarium multum benevolentia, tam a summo harum copiarum ductore, quā a centurionibus & reliquis cohortium præfectis semper experiebatur, quoties cum ipsis aliquid esset negotii. Non hic subsistebat Hoffmanni nostri felicitas, sed dexteritatem artis quotidiano usu auctam pari passu insequebatur. Gloriosissimæ enim memorie Princeps *Fridericus Wilhelmus*, Elector *Brandenburgicus*, ipsum totius principatus *Minden* physicum provincialem An. 1686. constituebat, & honorificum medici aulici titulum adjungebat: sed & præcipui per illam provinciam & comitatum *Ravenspergensem* nobiles suæ suorumque valetudinis curæ libentius gerendæ ipsum annuis stipendiis obligabant. Cumque his ita

inseruiret, ut præmonendo, consulendo, medendo industriam conservandæque valetudinis & vitæ studium omnes intelligerent, numquam autem fostrum a quoquam ope sua uso exigeret, expertus est, hanc sibi viam ad commendationem & opes etiam comparandas certissimam esse, a qua numquam deinceps tota sua vita discessit.

Quum ita ad votum omnia *nōstro* hic fluerent, accidit, ut eodem anno jam ad finem tendente status principatus *Halberstadiensis* ipsum ad se invitarent, quo locum provincialis medici, morte ejus, qui munus id gesserat, vacuefactum, capesseret. Non adspersandis conditionibus vocabatur; quum præter ordinarium, quo id munus gaudet, salarium multi ex præcipuis, tam urbis, quam provinciæ, viris annuum ipsi stipendium decernerent. Nullus itaque dubitabat in invitantibus obsequi. Dum vero abitum in annum sequentem differt, interea novam excursionem, comite affine suo, Domino de Unverfært per *Brabantiam* & *Hollandiam* instituit. Ineunte igitur vere An. 1688. *Halberstadium* petiit, incredibili omnium studio exceptus. Artis crebra documenta inter omnes generis homines edebat, tantumque sibi omnium amorem conciliabat, ut exspectationi quisque suæ abunde esse satisfactum factetur. Eodem tempore solidam eruditionem suam medico orbi ostendebat tractatu de *insufficiencia acidi & viscidii* in lucem edito, quo *Cornelli Bontekoe Archiatri Brandenburgici* & Professoris medici iu academia *Francofurtensi* hypotheses, tunc novitatis eximia gratia florentes, de morborum caussis, eodemque submovendi rationibus, oppugnavit. & multis tam ex theoria, quam praxi rationali desuntis argumentis ita destruxit, ut ex eo evilescerent, plane ab omnibus explosæ. Ejus autem scripti laudes vel attingere supervacuum esset, postquam doctissimi viri, qui acta eruditorum *Lipsiæ* ediderunt, admodum honorifico elogio illud 1689. mense Julio mactaverunt.

*Hornhusæ*, in principatu *Halberstadiensi*, larga aquarum salubrium scaturigo tunc prorumperebat; quo loco olim idem contigisse, sed mox defecisse, aliqui reminiscebantur. *Noster* in aquæ scaturientis naturam & vires accuratius tunc inquirebat, & incredibili hominum ægrotantium multitudini, quæ brevi tempore affluebat, omni opera & studio consulere annitebatur. Hujus vero laboris fructum hunc habuit, quod tot ægrotos inspicio, & malorum originem exquirendo, curationum quoque successus observando & consignando, artis peritiam insigniter augebat, in diesque pluribus per rectorum consiliorum optatos successus innotesceret & commendaretur. Extat de hoc fonte scriptum vernalculo sermone tunc a *nōstro* editum.

Eodem tempore cœpit animum costrahendo matrimonio adpellere, tamque se icibus auspiciis hoc negotium aggressus est, ut nulla re clarius forte intelligatur, quam bene Numen propitium rebus Hoffmanni *nōstri* faverit, salutique ejus prospexerit, quam considerata matrimonii illius felicitate. Elegit enim, Deo sic dirigente, & electa anno jam

ad finem properante 1688. potitus est virginæ honestissima, & non minus venusto corpore, quam animo pietate, prudentia & mansuetudine ornatissima Joanna Dorothea, viri integerrimi, probe docti & artis pharmaceuticæ consultissimi Andreæ Herstelle, pharmacopœi *Claustbælensis* & *Zellerfeldensis*, unica filia, femina ad exemplum proba & mariti per omnem vitam amantissima, cum qua per 48. annos conjunctissime vixit. Deo enim visum fuit honestissimam matronam A. 1737. mortalium rebus eximere: de quo inferius dicendi locus recurret.

Circa hæc tempora ad exitum felicem deducebantur diu agitata consilia de academia in Halensi urbe erienda, jamque in eo erat, ut per omnes ordines eligerentur ac advocarentur viri celeberrimi, a quibus exspectari poterat, fore ut Serenissimi conditoris spei ac voluntati satisficeret. Aderat jam aliqui celeberrimi viri, qui omne sublimium disciplinarum bonarumque artium genus docendo famam novi *Heliconis* excitabant: jamque discendi cupidorum non manipuli, sed cohortes adfluerant: erantque in illa multitudine studiosorum complures ex illustrissimis familiis orti juvenes: prorsus, ut quemadmodum ex vegeto germine præstantiam ac proceritatem stirpis, & ex primitiis fructuum messis ubertatem: ita ex primo hoc initio præsentem, quam intuemur, felicitatem novæ academiæ augurari liceret. His sese *Fridericus Hoffmannus*, medicinæ ac naturalis doctrinæ Professor primarius a Serenissimo Principe constitutus An. 1693. a. d. 23. Mart. in publica cathedra primum ostendebat, initiumque publici muneric faciebat recitanda oratione de atheo ex artificissima corporis humani fabrica convincendo: quam typis mox publicis exscriptam perillustri academiæ *Fridericianæ* Curatori ac Directori. *Dan. Ludolpho de Danckelmann* dedicabat. Ita autem placuit illa eruditis viris, ut propter illam numero medicorum theologorum pridem a pluribus adscriptus sit, & inter præcipuos relatus, qui contra atheos calumna cum fructu effatu digno strinxerunt.

Prima ipsum & præcipua cura distinebat, ut de omnibus, quæ ad muneric suscepti rationes pertinebant, provide dispiceret. Conscriptis itaque facultatis medicæ statuta, eademque Serenissimo universitatis conditori confirmanda obtulit: sigillum etiam facultatis, quali hodie utitur, invenit. Deinceps de collega medico cogitavit: cumque Dominus *D. Georgius Ernestus Stablius*, qui tunc Principi *Saxo-Vinariensi* faciebat medicinam, scriptis ad se litteris veterem amicitiam *Jene* cultam renovaret, seque ad novam academiam evocari cupere ostenderet: aulae ipsum meliori modo commendavit, & collegam ut expetiit, ita imperavit.

Proxima occupatio in usum præsentium studiosorum dirigebatur, quibus in partes medicinæ omnes intimius deducendis omnem operam navabat, scholasque tum publicas quam privatas aperiebat. Probabat autem illam medicinæ tam facienda quam docenda rationem, quæ corporis curandi omnium partium structuram ex anatomica autopsia ante omnia exquirit: actionum autem, quas vivæ edunt, caussas tam ex motus

tus æternis legibus, quam rerum, quæ in nos non agere non possunt, ut aeris, aquarum, ciborum, medicamentorumque viribus insitis eruit & indagat, atque ad hoc tam physicis quam chymicis & medico practicis experimentis uitetur. Atque anatomiae docendæ una cum practica medicina provinciam nactus, ejus multiplices utilitates ad practicum usum inculcandi occasionem crebram habuit, nunquam autem dimisit, sed luculento academiæ fructu eas administravit.

Diu enim abdicaverat illa dogmatum genera, vel auctoritati veterum innixa, vel ex hypothesi gratis adsumta, ratiociniorum intortorum accipiti nexu, magno autem loquacitatis tractu derivanda. Quumq; non minus ea, quæ vitam & sanitatem præstant, quam quæ vel morbos inducunt, vel eosdem expellunt, cuius generis sunt res externæ, in scholis dictæ non naturales, necessitate & certis legibus agant; non poterat utique probare illorum rationes, qui talibus insuper habitis, aut levissime tactis, principium aliquod vitale cogitans & intelligens præcipue respiciendum in medicina existimant, & ab illius vel sapientia vel erroribus omnia consequi arbitrantur. Graviter potius & creberrime inculcabat, animæ vires in corpus utique magnas esse & conspicuas, verum magis ad lædendum corpus ac variis morbis exponendum eam valere: quod affectuum exemplo clarissime cognoscitur. Quicquid tamen vel mali hinc evenit vel boni, semper corporis statui alterando cedit: ut omnino medicus non possit succurrere ulla alia parte, quam corporis rationem habendo, inque eo occurrentes motus vel dirigendo vel moderando aut omnino sponiendo. Urgebat autem præcipue illam medicinæ partem, quæ aeris, ventorum, regionum, aquarum, ciborum, potuum vitæque generum insignes vires ad vitam sanam præstandam, morbosque avertendos; atque ex horum prava vel constitutione vel usu morborum ortus explicat; deinde vero vias recuperandi valetudinem & confirmandi ex eadem cognitione invenit & designat.

In ipsa proinde medicina facienda ita pariter comparatus erat, atque auditores suos ita formabat, ut non sperarent a medicamentis ullis curationum optratos successus, tamquam illis perpetuæ & absolutæ vires inessent; sed ab ea corporum, quibus offéruntur, conditione, quæ efficacia medicinis exsertæ vel obsecundando vel resistendo & contra nitendo ad eas medendi vias ducitur, quæ præsenti curandorum statui maxime congruunt & ad salutem requiruntur. Hanc cognitionem in medico vocabat rationem sive potius judicium, universæ medicinæ præsidem, cuius beneficio omnium, quæ fieri aut facta esse vel ipsi videmus, vel ab aliis consignata legimus, caussas invenimus, facileque cognoscimus, cur ab eodem medicamento vel auxilio genere hic optimos, alter paucos, aliis omnino nullos effectus annotaverit. Agrotantibus, aut in alicuius morbi initio positis præcipue inculcabit, omnium aut saltem plerumque ægritudinem sibi quemque caussam esse; adeoque multum saepe in unoquoque situm esse, ut vel immunis a morbis ad conspicuam

etatem perveniat, vel continuo delinquendo variis morbis obnoxius reddatur, vitaque exitum immaturum sibi contrahat. Multos itaque multarum medicinarum longo uso magis in dies magisque corruptos ad emendatiorem valetudinis statum deduxit hujusmodi consiliis, omninoque paucis & selectis medicinis apud tales, qui monitis audientes essent, plus effecit, quam antea infinita medicamentorum sarrago & varietas potuerat efficere.

Qui medicinam ad naturae universae rationes ita revocabat, optimo sane nascentis *Fridericianae* fato ad physicam docendam fuerat admotus. Hujus enim tantopere ad humani generis commoda multiplicia comparatae doctrinæ scholas aperiebat, non mera ratiocinia allaturas; sed æque perspicuis ac jucundis experimentis omnia sensibus probaturas. Splendifissimum merito dicas primum illud auditorium, decem illustrissimos Comites, sex Barones, complures nobiles & honestos alias auditores complectens. Admirabilis tamen ardor ille commemoratione dignus visus est, quoniam & felicitatem novæ ac nondum sollemniter dedicatae academiæ comprobat, & præclararam fiduciam in docentis dexteritate positam ostendit. Nam quum is philosophiæ eandem partem sedecim ordine collegiis tractaverit; neque defuissent, qui omni molimine applausum hunc minuere conarentur: semper tamen habuit frequens & nobilissimis civibus effulgens auditorium, & in eo viros jam publicis & honorificis muneribus admotos, qui assidua præsentia sua testarentur, quantum hujusmodi solidum docendi genus æstimarent, ipsoque exemplo suo securi sentientium non satis sincera judicia refutarent.

In promptu plures sunt, quos laudare suis nominibus liceret: sed sufficiat nunc celebrasse illustrem *Ictum*, intimum deinde Regis Consilium, *Christ. Thomasum*, qui ipsemet colligebat ex veteranis juris prudentiæ cultoribus decem auditores, cum quibus integris quatuor mensibus Hoffmanno demonstrationes suas afferenti & explicanti assidebat: porro theologum post hæc *Jenensium*, *Jo. Franc. Buddeum*, tunc philosophiæ apud nos doctorem, reticere nefas foret; quoties licuit, sedulus spectator & auditor adfuit. Neque minus favit hisce demonstrationibus, qui tunc pariter philosophiam decebat, & nunc Regii & sanctioris consilii particeps, *Cancellarii* insuper academia *Fridericianæ* dignitate fulget, *D. Jo. Petr. de Ludewig*, itemque *D. Goetschius*, *Jurium Professor*, omninoque multi, qui nunc summis dignitatibus fulgent, viri, tunc rerum naturalium cognitione se imbutos, indeque magnam per universam vitam jucunditatem fructumque se percipisse, gratissima prædicatione commemorant, quoties vel per litteras cum ipso colloquendi, vel coram compellandi occasio se obtulit.

Quum Serenissimus Elector Fridericus III. a suo nomine vocandam universitatem ipsis Kalendis Juliis inauguraſſet; postridie ejus diei *noster*, præsentibus Electore, aulae, universitatis & urbis proceribus decem medicinæ doctores sollemni ritu crebat. Finitis autem sollemnibus,

quum

quum principi diutius *Hale* commorari non liceret, isque abiens clementissime jussisset, ut patres academias deliberarent, si quid ad salutem *Friedericiana* in posterum tempus sanciendum existimarent: hi quidem mature deliberata, duo ex suo ordine ad munificentissimum suum nutritorem miserunt, qui publica universitatis negotia tractarent & conficerent. Delectus autem cum illustri ICto & Consiliario Electoris intimo, *Samuele Strykio noster* eo proficiscebatur. Atque hi duumviri non minori universitatis bono, quam sua gloria, ex voto perfecerunt, ut privilegia academia amplissima sancirentur.

Reversus ab illa legatione Hoffmannus totum se tradebat ornandis & provehendis illis discip'inis, quas docere jussus fuerat. Inter alia tunc paraverat ex purissimo nitro & chalcanthi oleo spiritum efficacissimum, vix coercibilem & perpetuo fumantem. Hunc quin variis modis tentaret, diversisque corporibus conjungeret: animus etiam tulit oleo cuidam æthereo aromatico eundem affundere. Illico flamma vehemens a commixtione oriebatur, qua omnia fere conflagabant, ut resinosum paucum in fundo restitaret. Et hoc quidem experimentum in demonstrationibus physicis saepius auditoribus exhibuit, antequam de chymici *Parvisenis* regii, domini *Hombergii*, invento quicquam esset proditum. Quoniam is vero primus de eo aliquid in *Gallia* scripsit; inventi gloriam fere apud omnes exterios reportavit. Sed rectius Hoffmanni gloria prospexerunt illustres duumviri, de Tschirnhausen & de Leibnitz, qui tam pulchrum inventum *nostro*, & merito quidem, vindicarunt, multis oculatis testibus convicti, qui flamas, ex horum liquorum conjunctione ortas, in primis ejus demonstrationibus physicis subinde fuerunt intuiti.

Quam multum in omni reliqua chymia tunc laboraverit, conspicuum reddit opus ab optimo quoque magnopere laudatum, *Petri Poterii, Andegavensis*, opera, annotationibus, additamentis, & animadversionibus emendata & illustrata, quod *Francofurti ad Mœnum* 1698. editum summo eruditorum virorum plausu exceptum fuit. Et sane fatendum est, *Poteriana* hæc non alio magis nomine placere eruditis nostro seculo posse, quam quod *Hoffmanniana* liberali industria expolita & exornata fuerunt. Plura de ulterioribus in chymiam meritis *Hoffmannianis* inferius dicendi commodior locus occurret: nunc aliqua interserenda sunt, quæ primis *Friedericiana* annis acta fuerant.

Tertio academias natali magistratum ejus annum *noster* suscipiebat, ab illustri ICto *Sam. Strykio* ad se delatum. Vere dici potest, neminem forte ex omnibus, qui *Friedericiana* in perpetuum prodesse annisi sunt, feliciori successu quam *Friedericum Hoffmannum* primo hoc academico consulatu gavisum fuisse. Etenim hic fuit, cui licuit apud Perillustres ducatus *Magdeburgici* proceres efficere, ut viginti quatuor studiosis liberalem victum præbere annuerent; huicque beneficio mille thaleros in singulos annos præbendos adsignarent. Non satis hoc bene-

beneficio impetrato academiam sibi obligasse se existimabat, nisi plures eidem principi devotas provincias exoraret, ut idem exemplum sequi vellent. Feliciter res succedebat, quum ad principatus *Halberstadiensis* Perillustre status preces deferret. Nam quum plures ex proceribus patronos sibi omni obsequio & valetudinis ipsorum promta felicique cura parasset: facile eos exoravit, ut pro duodecim studiosis liberaliter alen- dis quingentos thaleros decernerent, idque suum beneficium perpetuum sancirent. Ut vero tanto munere ad reipublicas emolummentum suumque verum commodum rectissime omnes uterentur: ipse et tum hospitibus bonas leges præscripsit, tum etiam alumnis; quas a Perillustribus patronis ac mæcenatibus confirmatas promulgavit, & ut ab omnibus rite obserarentur, eo majori semper studio quæsivit, quoniam utriusque provinciae proceres ipsum alumnorum suorum ephorum legumque custodem constituerant.

Nec inter minima hujus magistratus referri debet: quod noster apud Serenissimum Principem Nutritorem impetravit, ut ex redditibus cœnobii *Hillerstebiensis*, in ducatus *Magdeburgici* boreali limine inter *Haldenslebam* novam & *Walmirstadum* siti, quingenti quotannis thaleri academiæ donarentur, pro collegio elegantioris litteraturæ fundando. Institutum hoc erat, ut in melioris ingenii & spectatioris industriæ aliquot juvenes quadringenti thaleri quotannis impenderentur, qui se, hoc auctoramento industi, elegantiorum litterarum sollerti cura officiis scholasticis ardentius præpararent, ut essent idonei viri, qui scholis præfici aliquando possent. Huic tanto consilio suscepτæ rei præficiebatur, una cum venerando theologo *Joach. Justo Breithauptio*, sacrorum *Hillerstebiensium* præposito & sacrarum litterarum Professore Seniore, vir undiquaque Celeberrimus *Christoph. Cellarius*, eloquentiæ, antiquitatum & historiarum Professor Publicus, cui pro labore isto centum thaleri decernebantur.

Fundamentum etiam bibliothecæ academiæ, quæ jam multis accessiōnibus aucta & locupletata est, idem Hoffmannus noster hoc anno feliciter jecit. Nam quum vir Consultissimus dominus *D. Simon*, jurisprudentiæ Professor publicus, hoc anno deceſſisset, omnemque librarium apparatus suum publicis usibus legasset, id vero quorsum pertineret obſcurum videretur: noster viduam defuncti adiit, ipsique persuasit, ut libros sibi pro academia traderet: quos protinus acceptos publico academiæ loco aſſervandos intulit.

Satis hinc facile intelligitur quam multum pro publico *Fridericianæ* bono Hoffmannus laboraverit. Sed non solum domi nulla in parte defuit ejus commodis promovendis; verum etiam peregre missus ejus nomine, dignitatem illius decore sustinuit. Nam post illam legationem, quam privilegiorum imperiandorum & amplificandorum cauſa suscepisse eum diximus, iterum *Berolinum* adiit, ut sollemnibus exequiis, quæ Reginæ An. 1705. memorabili pompa peragebantur, interesset: codem-

que

que anno Francosurtum ad Viadrum mittebatur, ut illi academie, sacerdaria gaudia celebranti, nostræ nomine gratularetur.

Quam celebre Hoffmanni nostri nomen etiam primis academicis munieris annis per omnem Germaniam fuerit, ex multis licet cognoscere. Nam non solum illustris Academie Cesareæ Naturæ Curiosorum Praeses Lucas Scroekius eum ad societatem honorifice & sponte invitavit, quantumque ejus in anatomicis, physicis ac chymicis indagationibus industriam astimaret, Democriti nomine imposito testatus est: verum etiam Perillus Leibnitius eundem inter primos regiae scientiarum societatis, quæ Berolini in eunte hoc saeculo fundabatur, sodales adscribebat. Excitavit hoc nostrum ad observationes barometrico-meteorologicas adornandas, quarum non nudas consignationes, sed ad usum applicatas & in etiologiam epidemiarum constitutionis conversas condere ephemerides cogitabat. Exstat hujus operæ specimen omnem annum 1700. complexum: cui præmissæ sunt curiosæ meditationes physicæ de ventorum caussis eorundemque viribus & operationibus tam in hominum corpora quam in barometra. 1718. in celeberrimam regiam scientiarum societatem Britannicam receptus, cui dein observationes suas physico-chymicas inscripsit. Postea sub auspiciis societatis scientiarum Russice per Blumentrostium Archiatrum, genuinum ipsius discipulum, sodalis electus & per diploma transmissionis, renovata illa societate, 1735. Calend. Junii sub Prædio Illustrissimi Ministri & Camerarii de Korff pro membro honorario una cum celeberrimi nominis Angliae medico domino Sloane in classe physico-medica est declaratus.

Hic quoque amplissimus sane dicendi locus esset. Si ex diurnorum libris exhibendi essent, quibus ægrotantibus opio & auxilio venerit. Neque tamen possum, quin aliquot ex maxime eminentibus & præcipuo loco positis attingam. Eminentissimus Elector Moguntinus Lotharius Franciscus ex primis erat, qui nostrum valetudinis tuenda caussa ad se evocaverunt. Ad hunc sapientissimum principem An. 1702. profectus, in aula ejus aliquamdiu retinebatur, ejusdem precibus, quippe cupiebat omnino, ut coram intuendo omne vitæ ejus genus, quæ vires corporis ejus essent, quæque proprietates, cognosceret, ut tanto commodius rectis consiliis & auxiliis succurreret. Quantam in ejus fide & dexteritate fiduciam poneret tantus princeps, non solum tunc ostendit, verum etiam omni deinceps tempore. Non enim solum de suæ valetudinis statu sæpe ad ipsum clementissime scripsit: verum etiam consilium ejus in difficultibus casibus ad forensem medicinam pertinentibus, sua manu exaratis litteris identidem requisivit. Eodem itinere ad aulas celissimorum Landgravorum, tam Hasso-Darmstadiensis, quam Cassellani, invitabatur, ut in rebus ad valetudinem principum pertinentibus consilia suppeditaret. Atque sæpius deinceps ab aula Cassellana litteras accepit, quibus vel ad curationem advocabatur, vel in medium consulere jubebatur.

Circa idem tempus Cizam vocabatur a Celissima Princ. Maria Amalia

Potentissimi *Borussiae* Regis Friderici I sorore, Mauricio Wilhelmo; Duci *Saxo Cizensi* nupta: cuius gratia tantum florebat Hoffmannus, ut per plurimos deinceps annos eodem saepius vocaretur, nunquam non clementer habitus & honorifice dimissus.

Neque defuerunt magni principes, qui ipsum in suas terras invitarent, & splendida satis munera offerrent. Sic factum a morte celeberrimi Meibomii scimus, ut in academiam *Juliam* ipsum pertrahere niterentur, quorum est de talibus negotiis deliberare. Neque minus ab aula *Guelpherytana* in locum defuncti Behrensi archiater desiderabatur. Omnia autem maxime, serio & multum requirebatur, ut in *Cassellana* aula archiatri munus capesseret. *Enim* vero omnibus se modeste excusatbat *noster*, cui patriæ inservire pulcherrimum videbatur; aulæ autem servitiis se mancipare non solum molestum, sed cum periculo etiam multo conjunctum videbatur. Et sane plus gratiæ est magno & celebri medico, qui ad magnates vocatus venit, & peracto negotio abit, quam qui semel adstrictus cum empiricis omnis generis luctari, adversus invidiam autem, calumniam & fastum aulicorum perpetuas excubias agere debet, prorsusq; sepe cum gemitu sub magno strepitu boni viri officium exercere.

Anno 1703. Weisio juniore Archiatro Regis *Borussiae* mortuo nomine Regis, qui tunc tempore Magdeburgi degebar, nostro Hoffmanno ab illustr. Camerario Comite de *Wartensberg* splendida hæc sparta fuit oblatæ, sed ipse humillime, ob prætextam infirmi corporis valetudinem, summam hanc clementiam deprecatus; brevi vero tempore diplomate *Regio* in numerum Consiliariorum & archiatarorum receptus est; vacuefactum autem Archiatri munus *Gundelsheimerus*, *Gallia redux*, obtinuit.

Anno hujus sæculi quarto rogabant ipsum aliqui aulæ *Berolinensis* primarii ministri, quibus auctor fuerat, ut thermarum *Bohemie* *Carolina*rum usum experientur, secum ut iter istud institueret, fontisque hujus aquis reëste utendi modos edoceret. Hac occasione ita utebatur, ut naturam & vires admirabilis hujus scaturiginis ad examen accuratius revocaret. Quicquid igitur per complura experimenta tunc cognoverat, id omnem cum publico communicabat, scripta eleganti dissertatione de *tbermis Carolinis*, quæ saepius typis renovata & in vernaculum etiam sermonem translata legitur, cum pluribus aliis, quæ ad fontes soterios pertinientia deinceps observavit, & in usus publicos convertit. Saepius enim posthæc easdem *Bohemie* salubres aquas adiit, hortantibus ipsum principibus aut aliis illustribus ægrotis, quibus spem emendanda valetudinis ab hac medicina divinitus concessa fecerat. Factum hinc fuit, ut Hoffmannus magis magisque indies innotesceret; quum singulis annis magna ægrotantium multitudo ad thermas confluat; qui quum ipsius consilia pluribus fuisse salutaria intelligerent, non solum tunc iisdem uti volebant, verum postea etiam per litteras edoceri modos & vias ad salutem recuperandam proficuas desiderabant.

Nolumus multa cumulare de summorum hominum personis, quarum saluti

saluti tuendæ aut reparandæ fontium usum attemperavit; neque tamen reticendum est, *Augustissime Imperatrici An. 1721.* thermis hisce utenti vocatus adfuerit, & quod deinde *An. 1732.* *Augustissimo Imperatori Carolo VI.* una cum Augustissima ad hoc fontes profectis consilio adfuerit. Incredibili studio favebat summus hic christiani orbis Monarcha intelligendis harum aquarum principiis & constitutivis partibus, quas Hoffmannus coram per experimenta omnis generis demonstrabat. Non opus est hic multis commemorare, quam conspicuis summæ clementiæ signis Augustissimæ personæ hunc medicum prosequutæ fuerint, quantisque magnificis muneribus ex ornatum dimiserint; illud certum est, quod & postero tempore non intermisserint, Hoffmanni nomen honorifice commemorare, & laudare industriam ac peritiam in se curandis comprobatam, etiam coram Potentissimo Rege Prussia, cum Pragæ præsens adesset.

Illis tam crebris itineribus in Bohemiam detexit *noster* jam *An. 1717.* aquas amaro cathartico sale pollentes Sedlicenses, earumque prima mentio publice facta est in dissertatione inaugurali, quæ *observationes & cautæ circa acidularum & thermarum usum & abusum inscribitur.* Sed quum post sex annos ad thermas rediret, *Augustissimæ* inservitus, ejusque mentionem apud Celeberrimum & Perillustrem archiatrum Cæfareum, dominum *Nic. Pium de Garelli,* injiceret, horumque duum virorum sententia illæ aquæ & ex iisdem paratum sal comprobatum commendatumq; esset; mirum erat, quantum mox celebritatem per universam Germaniam conseqüebantur.

Neque tamen his thermis solum, aut his, quas modo nominavimus, aquis *Sedlicensibus* illustrandis operam dedit, sed omnino ad omnes aquas soterias, & inter has præcipue ad acidulas, industriam suam convertit. Infederat nostratum animis pervulgata opinio, quod thermarum & acidularum natura toto, quod ajunt, cœlo distet, & quod hæ acidum aliquod foveant. Ostendit autem *noster* perspicue, quod non solum ab acido longe distent acidulæ, quippe potius alcalini salis prædominio insignes, sed quod omnino a thermis acidulæ uno tantum illo discrepent, quia calore destituuntur. Primus itaque fuit *noster* Hoffmannus, qui docuit acidulas & minerales aquas cum laetis connubio tuto & cum singulari fructu esse potandas, quod olim valde exitiosum habebatur a medicis, qui harum aquarum genium ac naturam ignorabant. Præterea quam optime docuit justos omnibus his fontibus utendi modos<sup>1</sup>, cum omnibus cautelis, quæ ex modo illarum aquarum operandi, & corporum, in diversis aetate, temperamento & morbo constitutionibus, diverso statu resultant. Tantum igitur abest, ut nobilissima hæc sanitatis principia, quæ Deus humano generi ex terræ visceribus suppeditat, abusibus pristinis reliquerit, aut persuasionibus ab empirico & imperito usu olim stabilitis obnoxia eadem passus fuerit; ut potius omni nisu ad rationalem usum ea revocaverit. De aliquibus fontibus seorsim commentando, ut de *Selteranis & Lauchstadienibus*, quorum insignissimum, tum in aver-

tendis tum in debellandis contumacibus morbis, usum primus omnium recte detexit, & peculiaribus de iisdem conscriptis dissertationibus docuit, ut inde famam celebritatemque non modo per Germaniam, sed per plurimas quoque exteras regiones testimonii sui auctoritate consecuti sint, in non leve urbium, apud quas scaturiunt, incrementum & incolarum, quod gratissimo etiam animo agnoscunt, emolumentum.

Crebitorum ad fontes *Carolinos* itinerum etiam ille fructus erat, ut Potentissimo Regi *Borussiae* Friderico I. propius innotesceret. Nam quum anno 1708. quo Rex fontium horum usum experiebatur, multi ex praecipua nobilitate viri medica Hoffmanni opera uterentur, & ad salutatis officium admissi prædicarent viri hujus peritiam: jubebat Rex ipsum met ad se vocari, multaque de suæ valetudinis statu colloquutus, jubebat, ut ad se frequentius veniret. Id quum faceret Hoffmannus, & Rex Clementissimus non obscure ostenderet, se viro huic multum confidere, & eruditis sermonibus ejus plurimum delectari: jam tunc aliqui non obscuris signis ostendebant, quam suspectum ipsum haberent; suæ scilicet existimationi decessurum rati, quantum Rex huic tribueret.

Anni hujus ultimis mensibus Rex Potentissimus adversa valetudine graviter adfligebatur. Et quum nulla medecina constantem adferre opem videretur, in mentem Regis veniebat Hoffmannus, a Serenissima sorore sua toties ipsi commendatus, & nuper ad *Carolinas* thermas propius cognitus. Jubebat igitur per celeres nuncios, eum protinus advocari, ut inter cæteros medicos salutis regiæ curam susciperet.

Non recusare Hoffmannus poterat, quod Rex serio volebat; quamquam bene intelligeret, quam sit lubrica aulicorum virorum fortuna, atque vita omnis libertatis & quietis ratione animi & corporis expers. Abiit igitur jam ad exitum vergente anno, divino Numine fretus & sapientissimi Regis gratia consilus. Atque primo statim adventu suo industriam fidemque suam Regi adeo probabat, ut is propriæ voluntatis instinctu nostrum inter consiliarios aulicos adscisceret & archiatrorum suorum collegio illum eum amplissimo salario adjungeret. Proinde tamen Hoffmannus sibi academicum munus conservari petebat, quorum semper tranquillis musis inservire, quam in aula continuo versari latius putasset: cui desiderio Rex clementissime adnuebat.

Ab hoc itaque tempore Hoffmannus per tres solidos annos, & quod excurrit, tanta fide tamque promptis & paratis obsequiis inserviebat aula, ut Regi Reginæque abunde satisfaceret, neque unquam in ipso vel fides & assiduitas, vel dexteritate desideraretur. Non autem modici laboris res erat, Regi haud firmissima valetudine prædicto, per hibernos menses gravibus pathematibus vexato, inservire: saepque integras noctes corporis proprii necessaria curæ subtrahere, & cum diebus noctes continuare opus erat. Neque minus Regina ipsi laborem facescebat pathematibus subinde gravioribus obnoxia. Has tamen ærumnas, utpote officii partes, facile superabat, & conscientia recte diligenterque nativæ

vatae industriae molestias omnes inde enatas solabatur : præfertim quā Regias personas clementissima voluntate se prosequi intelligeret. At vero ipsa muneris sui tam diligens cura, & indefessum illud studium omnes officii demandati partes implendi, objiciebat ipsum molestissimā invidiā mox etiam capitalibus odiis collegarum, præfertim *Andreae Gundelsheimeri*, qui nunquam promotus, cum celeberrimo Tournefortio Regis Galliae sumtibus, itinere per Græciam & Agyptum instituto, adfuisse, aulæ Berolinensi redux commendatus, violentas medicinas, etiam ex regia familia ortis, porrigebat, cui *noster* modeste conscientiæ vi impulsus contradicebat.

Multa dici hic possent de controversiis, Hoffmanno valde molestis, quæ ipsi cum hoc viro intercesserunt. Quum vero neminem magnopere juvare posse videatur hæc recensio ; ista vero, quæ ad concertationis hujus caussam pertinent, in *medicine consultatoria* volumine primo pridem legantur ample exposita : malumus rem totam siçco pede præterire, postquam in vivis esse pridem desierunt, qui tunc adversarii gravissimi fuerunt. Certe ab Hoffmanni moribus alienissimum fuisse, ut ullum umquam hominem lacefferet, ex eo cognoscitur, quod nullius umquam controversiæ initium ipsem fecit : & quod multis satis diserte contra se insurgentibus, quin insultantibus nihil omnino respondere ; reique dijudicandæ arbitrium eruditio orbi permittere maluit, quam disceptationibus bonas horas disperdere. Quicquid autem hic fecit, quo adversarius irritatus fuit, ita cum jurata fide, qua obstrictus tenebatur, arcto vinculo cohærebat, ut sine officii neglegenti gravissimo reatu non potuisset omitti.

Ob plura itaque & gravia tædia aulica dimissus Hoffmannus repetebat dulcissimam patriam An. 1712. mense Junio, & ad intermissas aliquamdiu occupationes academicas tanto majori alacritate redibat, quo majorem ex illo otio dulcedinem jucunditatemque nunc percipiebat. Non possum quin hoc loco commemorem, quæ Medicus *Joannes Papius* ad Keplerum scriptit epist. de vita aulica XL. pag. 76. non est, ait, quod mireris consilium meum de migratione in Borussiam, locum minus, ut videri potest, iutum. Expertus ego sum huic usque vitam primum academicam, tum hic (*Onolsbacki*) aulicam : contabesco propemodum recordatione vita academicæ, tanta ejus est bonitas, si cum cætevis conferatur. Huic si accedat copiosa præxeos, ut nos loquimur, facultas regiam sere vitam dixerit. In aulis est splendida miseria, imo omnis aularum ratio liberalibus ingenii est inimicissima.

Si quid temporis relinquerunt vel studiosæ juventutis institutio vel ægrotantium querelæ, id ita dividebat, ut partem impenderet scriptis olim editis nunc recensendis & per fasciculos edendis, aliquibus etiam ab integro condendis : partem alteram tribueret naturæ per experimenta chymica profundiæ scrutandæ. Hinc factum est, ut ab illo tempore dissertationum olim emissarum decuria apud Batavos excuderentur : alius

quis etiam fasciculus, ad thermas & acidulas pertinentia complexus, *Ulmæ* prælum subiret; quem mox alius exceptit, qui diversi argumenti minora opuscula, antea separatim edita, conjungebat.

Prope jam sexagenarius animum adjiciebat condendæ medicinæ rationali *systematicæ*, cuius primam partem luci publicæ sistebat An. 1717. quam ceteræ ad hunc usque præsentem, quo ultimam manum operi immortali octogenarius impoluit, per justa intervalla excepérunt. Merito videntur reprehendendi, qui ad medicinæ, vel cujuscunque artis, quæ rationibus per experientiam longam comprobandis & firmandis constat, systemata condenda juvenes accedunt, alienaque fide conscribunt non satis intellecta. Ex quibus dum multa ratiociniis porius consentaneis, quam certa scientia eruunt, curandique methodos eliciunt: sit, ut & ipsi ærate jam provectiores facti, multa, quæ corrigant, in suis scriptis deprehendant, & alii eorum præscripta sequuti, ægrotantes non paucos pessimunt. Quod si ad scribendum nemo accederet, nisi multum experiendo confirmatus; in experiencingo autem ratione prælucente duceretur, ut eventuum caussas rite erueret; brevi omnino futurum videtur, ut certum, quod sequamur, minime obscurum esset dissensionumque infinita multitudo aut omnino tolleretur, aut ad insignem paucitatem redigeretur. Hoffmannus certe, qui tot annos docendo & artis opera edendo consumferat, semperque eventus fideliter notatos accurata & repetita meditatione ad veras caussas revocare annis fuerat, ostendit suo exemplo, quantum in rationibus inveniendis & reddendis feliores simus majoribus, qui eandem rem moliti fuerunt.

Quemadmodum vero ad lucis claritatem cognoscendam nulla alia re opus est, nisi oculo sano & aperto; ejusque uitura omnibus jucunda & utilis accidit: sic omnino *Hoffmanniana* de medicis doctrinis præcepta ita universis, ad quos ea penetraverunt, facilia, plana & luculenta sunt visa, ut vix alius liber nostra patrumq; memoria æquali plausu suscepimus fuerit. Nam quum bibliopola, apud quem primum emissâ fuerunt, plerasque partes bis terve renovare debuerit: exteri etiam in ejas messem involaverunt, & tam extra Germaniam, Venetiis & Basileæ, quam in illa Francfurti, recudendum illud medicinæ systematicæ opus suscepserunt, invito quidem auctore omnes, præter honestissimos illos viros *Lugdunenses*. a quibus omnium suorum scriptorum editionem fieri, non solum consensit, verum etiam exempla passim correcta & locupletata iisdem suppeditavit. In *Gallicum* sermonem conversæ medicinæ systematicæ primam partem & *Parisis* emissam his diebus conspeximus; in quo tam egregio opere qualem se præstiterit, sera etiam posteritas livoris expers longe adhuc apertius prædicabit.

Eodem tempore, quo ad medicinam rationalem systematicam accedebat, alius utilissimi operis editionem aggrediebatur. Nam quum tot annis saepius accidisset, ut vel ordinis medici nomine respondendum esset de casibus propositis, vel ad medicinam forensem vel curandorum fa-

ludem pertinentibus; neque minus crebræ, immo longe etiam frequenter ad ipsum solum directæ adferrentur litteræ, quibus consilia experientur vel ipsi decumbentes, vel de illorum salute solliciti medici: cœpit illa colligere, & per fasciculos edere sub titulo *medicine consultatoria*. Atque hujus jam *duodecim tomis*, quorum quisque decurias quinque complectitur, quod opus vix apud nos prodierat, quum jam binis locis, ut *Amstelodami & Francofurti ad Mænum*, recusum conspiceretur.

Putates virum tot scriptis elaborandis, tot consiliis scribendis occupatum non aliis semet indulgere potuisse laboribus. *Enim vero* longe aliter se res habet, plurimique sunt, quibus vel in hac urbe, vel peregre degentibus operam suam navavit, ut graves morbos devincerent. A quo enim tempore, aula relicta, huc reversus est, vix ulla aula Serenissimum Principum Saxoniarum fuit, quæ non Hoffmanni opera & consiliis usa fuerit, eumque identidem ad se invitaverit. *Schwarzburgicus Princeps* semel iterumque eum ad se vocavit: sub cuius clementia per auctoritatem Imperatoriam Anno 1727. mense Julio *Comitis Palatini* munus obtinuit. *Cassellas* ad Serenissimi Landgrafi curationem expeditus ivit, ut & *Guelpherbytum* ad principis salutem procurandam accitus fuit. Longum foret, si principes, comites, aliosque ex prima nobilitate proceres recensere velim, quorum valetudini tuendæ, aut languoribus tollendis consilia misit: aut si enumerare velim, quot magnates ex remotis regionibus huc venerint, & curando se ipsi præbuerint, magnumque fructum ab ipso consequuti sint. Nolumus quoque hic referre, quantum per omnem vitam temporis impenderit litterarum commercio, quod cum summis nostri ævi & medicis & philosophis maximeque cum magno Leibnitio, Imperatoris Regumque archiatriis & plurimis professoribus, tam in quam extra Germaniam, de rebus physicis ac medicis habuit, de quibus alio forte tempore meminisse juvabit.

Anni 1734. æstate jam adulta Hoffmannus *Berolinum* accedebat, ut ubi habitantes charissimos, generum filiamque unicam, cum familia ipsorum inviseret. Accidebat tunc, ut triste nuncium adferretur de gravissimo & fere desperato viso morbo, quæ Potentissimum Regem in castris ad *Rhenum* corripuerat. Quum jam in eo esset, ut ad nos revertetur, non solum regii ministri suadebant, sed etiam Clementissima Regina jubebat diutius subsistere, ut ad manus esset, si consilium ipsius expedendum videtur. Et sane eadem vespera, quæ regem *Potsdamio* reddiderat, celerrimo nuncio accersebatur; quo non parum faciebat, quod celeberrimus Batavorum Medicus *Hermannus Boerhave* de morbo consultus, nostrí potissimum opera uti suaserat.

Non levis erat morbus, qui optimum patriæ patrem affligebat, ejusque initia jam a tertio anno infederant, & mora fuerant confirmata. Asthma erat hydropticum, quod omnino plus terroris, quam bonæ spei ostendebat: omninoque magni viri, quorum consilia requisita antea fuerant, aperte declaraverant, quod plus metuerent, quam bene sperarent.

Enimvero Dei clementia tribuendum est , quod ex ingenti discrimine liberatum patriæ patrem recuperavimus . Neque parum effecit animus Regis inter tot molestias semper alacris , nunquam earum gravitate depresso ; rectisque consiliis audiendis ac admittendis paratissimus . Nunquam enim diætae præscriptas regulas migrabat , ac medicinarum usui sese libenter præbebat .

Quinque mensium spacio consumto , quo tempore Hoffmannus regiæ valetudini recuperandæ una cum eruditis & celeberrimi viris Horchio præcipue ac Ellero , ad eandem curationem vocatis , præcipuam operam dederat ; id omne effectum dabatur , quod infinita hominum millia ardentissimis precibus a summo Numine efflagitaverant . Pater patriæ non solum immunitatem a doloribus & molestiis consequutus erat ; verum etiam pristinas vires , Dei munere , collegerat , ut prodire & negotiis solita alacritate peragendis impendere se posset .

Evenisse tum omnibus dices , quod Alexandri militibus , cum is Philippi medici arte & cura confirmatus subito in conspectum illorum venit , ut , quemadmodum illi non avidius ipsum regem quam Philippum intuiti fuerunt , ita omnes pari admiratione & Regem & Hoffmannum adspexerint ac pro se quisque gratiam habuerint regiæ valetudinis ac vitæ post Deum statori & conservatori sollertiaffimo . Jam vero Rex Clementissimus nihil omittebat , quo Hoffmanno ostenderet , quanta ipsum gratia complectetur . Non solum splendidis muneribus laborem ac studium tanto tempore exantlatum compensabat , verum etiam sæpiissime , præsentibus legatis ac proceribus , profitebatur , quod post Deum immortaliter recuperatae valetudinis beneficium ipsi deberet . Ornandum itaque honoribus etiam clementissime censuit : tantoque id magis se etiam facere professus est , ut orbis cognoscat , quantum amet virum , quem alio tempore inimicorum malæ artes in eadem aula opprimere conatae fuerant . Sua igitur sponte ipsum consiliariorum intimorum ordini adjunxit , filioque unico cognomini , paternarum virtutum æmulo , inter Fridericianæ academiæ professores medicos ordinarium locum tribuit , & consiliarii aulici honorificam dignitatem adjunxit .

Neque minus fuit in Clementissima Regina studium Hoffmanno benignissimam voluntatem suam declarandi . Nam inter alia præclarissima munera donavit ipsum sua imagine , quam celeberrimus pictor summo artificio elaboraverat ; ab eodemque pingi Hoffmannum jubebat , ut in regio secessu *Monbijou* collocaretur . Scripta etiam viri omnia mitti sibi jubebat , bibliothecæ ejusdem arcis inserenda , Sæpius inter hæc proponebatur ipsi , cupere utique Regem & Reginam , ut in propinquuo esset , promteque posset , si quid accideret , ad opem ferendam advocari . Enimvero excusabat sese iisdem argumentis , quibus quondam apud regem Davidem sene<sup>c</sup> Barsil<sup>a</sup>us fuerat usus & opus esse dicebat , ut in tam adulata senectute ad vitam beatam se præparet , & breve , quod ipsi vivendum sit , tempus medicinæ suæ systematicæ ad finem perducendæ & consiliis fa-

saluberrimis dandis impendat: neque minus clementer admissa hujus excusatio fuit, quam illius fuerat.

Mensis itaque Aprilis An. 1735. initio Clementissimo Regi valedixit, ac non sine multa gratia propensissimæ significatione, cui osculum Reæ adjiciebat, dimissus fuit. Ad suos salvus omnino redux maximo gudio non solum domi suæ, a qua octo mensibus absfuerat, exceptus, verum etiam academiæ & urbis studiosissima congratulatione, quæ venerandum senem, tamquam præcipuum decus suum, & ante obseruaverat, & nunc tanto ardentius excipiebat, quum tot præclaris laudibus illud mèritum divinum Numen adjecisset, quod regem optimum & clementissimum servavisset.

Crebris ab eo tempore litteris, etiam ipsissima Regis manu signatis, & insignibus muneribus per singulos fere annos transmissis, certior redditus fuit de propensiissima in se voluntate, qui non semel Regia sua manu testatus est, vitæ suæ conservationem post Deum ipsius curæ deberi. Ut vero etiam academia Fridericia, cujus senior jam est, cognosceret, quantum Rex cupiat consilia hujus, tam multorum annorum usu exercitati viri, apud eum plurimum valere, Augustali libello jubebatur, nullam rem alicujus momenti absque ejus consilio & sententia perficere.

Tam felicem & fortunatam Hoffmanni senectutem haud modice interpellabat An. 1737. gravis morbus, qui dilectissimam ejus conjugem, qua cum per 38. annos conjunctissime vixerat, ab ipso divellebat, in placidam ejus mortem terminatus. Sed hoc quoque adversum eo animo, qui Christianum & philosophum decet, perferebat moderatissime atque cogitationes a tristibus avertendo impendebat piis meditationibus. Eo enim tempore omnem christianæ doctrinæ summam perspicua & nervosa brevitate, verbisque *Latinis* complectebatur & cum publico communicabat. Quum de eo scripto apud Regem Clementissimum mentio facta esset illeque gratiosissimis litteris ostenderet, se cupere, illud etiam vernaculo sermone exstare, non poterat defugere iussum, efficiebatque ut primo quoque tempore *Germanica* lingua legeretur.

Anni 1738. ætate gravissimus morbus febrilis optimum virum occupabat & non mediocriter affligebat: prorsus ut multis metuendi cauissæ plures & majores, quam bene sperandi, viderentur. Divino tamen muneris factum est, ut recuperaverimus virum, ipsiusque vegeta & acri senectute gaudeamus, nuper octogesimum primum vitæ annum ingressa. Ultimo nec reticendum est indefatigabile ipsius in ipsa hac extrema ætate dissentibus inserviendi studium, siquidem per integrlos jam octo annos eam publice docendi iniit rationem, ut auditores, theoreticis præceptis bene instructos, recta medendi scientia imbueret. Quem in finem quovis semestri collegium medico-practico-clinicum aperuit, in quo accurate conscriptos & ab exteris ad se transmissos casus communicavit, & ex his veras, tam proximas quam mediatas, cauissæ solide eruit, quibus dein genuinam sanandi methodum superstruxit ac candide docuit. Dici-

vix potest, quem singularena plane fructum ac usum ii iude percipient, qui artem salutarem feliciter & cum laude exercere cogitant. In tota enim medica scientia plurimum sibi observatio & longus rerum usus vendicat, qui optimus medicinæ interpres & docendi diligendique magister merito prædicatur. Atque hæc inter nec publica academiz negotia umquam refugit: sed ita emolumentis ejus procurandis & amplificandis studet, ut se vires vigoremque omnam propterea a benigno Numine acceptissime existimet, ut aliis inserviendo consumat. Maximum hujus animi documentum nuper dedit, quum anni hujus supra millesimum & septingentesimum quadragesimi XIII. Jan. die ad se ordine quintum rediens Prorectoratus arduum & molestissimum munus senio jam languescentibus humeris imponi pateretur, vicit eorum precibus, qui, quantum universis a prudentia & auctoritate ejus accessurum esset commodum, ex prægressorum magistratum felicitate metiebantur. Faxit Deus, ut non solum hunc jam octogesimum primum optabili valetudine perficiat, magistratumque felix lætusque absolvat: sed & multos deinceps annos subjugat: ut optimo viro, communī utique bono, patria urbs, Fridericiana academia, regia domus, universum genus humanum, quibus commentando ac consulendo prodest, ditissime salvo & incolumi perfruantur.

Atque nunc sermonis filum abrumpo, commentandique finem facio. Satis tenuiter hæc de summis viri meritis esse tradita, ipsem agnosco: quamque multa dici porro potuerint aut debuerint de laudibus ejus optimè video. Quoniam tamen ad hanc scriptionem accedere, nisi impetrata venia & exoratis subsidiis, nolui; non alia autem conditione illam naectus sum, quam ut parcerem modestiæ ipsius, quæ professam laudationem minime perferre potest: simplici hac vitæ factorumque recensione defungendum fuit. Certe non deerit amplissima dicendi materia cuicunque ad laudandas virtutes, quæ illustres & summae in eo eluxerunt, progressuro: atque ut vitæ etiam annorumque series, longius divino beneficio producta, plurima, quæ his addi debeant, facta suppeditet, omnibus votis ab illo expeto, qui vitam resque mortalium omnes libertimo arbitrio moderatur.

# INDEX RERUM.

*Primus numerus tomī quarti partem, alter paginam & S.  
supplementum indicat.*

## A

**A** Edomen ejus minus decens ligatio post partum s̄epe intestinorum dolorum causa 2.162 inflationes vid.flatalentia. **Ablactatio** infantum quo tempore fieri deceat S.16 qua post illam observanda ibid. **Abortus** qui dicatur 3. 289 partu naturali gravior est 3. 301 quo tempore contingat 3.289 differt a partu septimestri ibid. ab hæmorrhagia abortiva & minus tali 3.290 non facile provocatur, quod auctorum testimoniis ibid. & variis observationibus probatur 3. 291 signa 3. 290 subiecta 3. 291 caussa occasioales sunt aeris vitiola constitutio & prava diæta puerperatum 3. 295 alvus adstricta 3. 296 fluor albus diutius infestans 4. 276 hæreditaria dispositio & abortiendi consuetudo 3. 294 spasmus concitantia 3. 293 sanguinis defectus & abundantia ibid. tussis convulsiva 3. 195 exterñæ violentia 3. 293; polypus uteri 4. 151 caussa proxima 3. 292 quando contingat in variolis & quæ patrit symptomata 1. 83 & quæ illum sequuntur 3. 295 proclivitas ad ipsum in quo conficit 3. 294 disponit frequens ad fluorem album 4. 374 ad hæmorrhagiam uteri 2.58 ad leucophlematiam 4. 247 crebrioris circa medium gestationis tempus contingentis exemplum 3. 291 frequentis casus 3. 305 venæsectione præservatus 3. 301 cum perpetuo vomitu junctus 3. 308 cum insequente hæmorrhagia uteri & molarum excretione 3. 300 cum symptomatis hypochondriacis 3. 393 nimia ad ipsum proclivitas cum molarum excretione 3. 307 Indicationes curatoria & præservatoria 3.295 quæ explentur venæsectione 3. 296 laxantibus lenioribus ibid. commoda uteri purgatione post partum 3. 297 quomodo ex

Hoff. Med. Syst. Suppl.

tempestate viciosa exacto vitæ regimine tractandus ibid. qua ratione inanimens arcendus 3. 298 hæmorrhagia in illo quomodo tractanda ibid. quonodo præcavendus in acutis morbis ibid. in dysenteria 3. 290 in hysterico malo ibid. cautelæ circa venæsectionem ibid. circa potum & motum corporis 3. 300 **Abscessus** eorum signa 3. 173 differunt a fistulis 3. 167 ab ulceribus 3. 137 sunt s̄epe caussa fistularum 3.169 sanguineis eue sint frequentes 1.22 quomodo ex potu frigido sub paroxysmo febili nascantur ib. circa anærem occultus convulsiones s̄epe excitat 3. 43 aperi curatio 3.154 ex hepatitis orti casus 1. 244 mesenterii vid.mesenterium; musculorum abdominis ex tertiana 1. 22 pulmonum an possit sanari 1. 238 quando post peripneumoniam remaneat ibi.vesica vid.vesica,uteri vid.uterus. **Absorbentia** quatenus convenient in cardialgia 2. 116 in febribus 2. 10. 15. seq. quomodo improvide data atrophicæ infantilis causa 3. 33 **Achores** quid & unde S. 47 retrupuli quomodo s̄epe asthmatis convulsivi & infantilis caussa 3. 130 epilepsia 3. 146 guttæ serenæ 4. 63 motuum spasmodicorum vigorum 3.48 tussifernæ 3. 176 curatio S. 47 **Acida** humores incrassant 3. 288 4.208 scri secessum faciunt 3. 167 primatum viarum tonum destruunt 3. 17 diarrhoeam suscitant 3.289 menses supprimunt 3.17 remedia vermicibus sunt inimica & quæ S. 82 quomodo adhibenda sint in febre verminosa 1. 310 quomodo præservent in pestilentia 1.155 laudatur in ea 1. 135 seq. præsertim si bezoardicis terreis fuerine nupta 1. 159 laudantur in petechiali 2.141 petechizante febre 1.123 in synocha putrida 1. 175 an in hæmorrhagia narium

F 3 con-

conducant 2. 8 an in tertiana 1. 9 eorum abusus in tertiana quartanam producit 1. 39

**Acidula** qualia principia recondant 4. 170 cum lacte optime misceri possunt ibid. ante earum usum corpus rite preparari debet 2. 137 cur sub earum usu animi affectus maxime noceant 1. 194 & fructus horrei 3. 284 impuris subjectis magis quam thermæ prosunt 5. 80 frigidæ poter quibus noceant 3. 17 improvide usurpare febres intermittentes excitant 1. 6 scabiem 3. 129 præsertim nocent in hydrope pestoris 3. 156 hypochondriacis & spongiosis subjectis 3. 107 a spasmo vexatis 3. 110 in vertigine idiopathica 4. 52 laudantur in asthmate 3. 156 calculo felleo 2. 137 dyserteria 3. 257 in epilepsia & quando conducant 3. 11 nephritide 1. 218 cum lacte prosunt in doloribus intestinorum a motibus spasmodicis vagis 3. 51 odontalgia 2. 238 tussi hypochondriaca 3. 193 vertigine symptomatica 4. 56 ulceribus 3. 147 uteri hæmorrhgia 2. 19 vid. aquæ minerales.

**Acidum** est plerumque causa morborum infantilium 8. 8 ex quibus signis paret ibidem, quænam ad illud ingenerandum ex parte lactantis contribuant 8. 10 ex parte infantis ibid. in primis hypochondriacorum viis unde 3. 126 cardialgiae qua ratione causa existat 2. 116 quomodo tollendum ibid. salan podagræ materiæ & causa 2. 200 corrosivum non est causa ulcerum quod probatur 5. 138

**Acrimonia** humorum quomodo generetur. 5. 95 in infantibus unde 8. 7 & senibus 5. 27

**Adstringentia** externe admota capiti quomodo repellant humores 1. 217 seq. gingivis inuncta in dentitione difficulti nocent 8. 20 in erysipelate 3. 243 interne quomodo in tertiana cum fructu queant adhiberi 1. 11. 15 in nimio hæmorrhoidum fluxu 2. 40 roborantibus nupta quo in casu ad febres lentes commendentur 1. 306 incaute usurpata in nimio mensium fluxu malum hystericum concitant 3. 89 polypos 4. 155 in dyserteria qua cautione adhibenda 3. 2 4 in gonorrhœa 4. 294 nocent ad abortum præcavendum 3. 299 in convulsivis motibus 3. 75 in expellendis exanthematibus 5. 121 in fluore albo 4. 278 in hæmotypsi a defluxione acri 2. 21 quænam & quando in

uteri hæmorrhagia convenientia 2. 57 Aegypti cur dyserteria obnoxii 3. 246 Aquinochia cur circa illa auditus vitia exacerbentur 4. 84 cur venæfæctio circa illa in convulsionibus convenientia 3. 34 Aer ejus usus 5. 111 purus ac temperatus tonum partibus solidis conciliat 5. 7 quos effectus exferat in pulmones 1. 235 laudatur in tussi 3. 180 ipsius mutatio magnos ad nervosi generis lauandos morbos habet 3. 68 confert in asthmate 3. 157 in deliris melancholicis & maniacis 4. 110 in epilepsia 3. 8 in scorbutico 5. 14 subita ad apoplexiam contribuit 2. 85 ad odontalgiam 2. 242 ad vomitum cruentum 2. 35 qualis conduceat puerperis 3. 78 tabidis & phthisis 4. 176 variolis laborantibus 1. 82 quomodo ab aquarum inundatione insalubris reddatur 1. 139 ejus consuetudo præternaturalis qua in corpore paret damna 1. 128. 133. 5. 141 qualis disponat ad abortum 3. 295 ad auditus vitia 4. 84 ad dyserteriam 3. 249 ad febres exanthematicas 1. 121 ad fluorem album 4. 274 ad hypochondriacum malum 3. 102 ad purpuram 5. 56 ad rachitidem 8. 37 ad scabiem 6. 11 rad. scorbutum 5. 7 ad singultum 3. 198 ad sphacelum 5. 37 quomodo frumenta corrumpat 1. 99

**Erys viride** egræ callum absunit 5. 176 quomodo adhibendum 5. 177 ejus aqua ulcerum putredinem arcit 5. 148

**Aetas** cur quælibet suas peculiares habeat affectiones 3. 96 5. 108

**Aethiops** mineralis quomodo conficiatur 5. 43 confert in contusionibus ac sanguinis stagnationibus 3. 16 gutta Serena 4. 66 luc vneræ cum aliis sudoriferis 5. 90 refractariis morbis subcutaneis 5. 116 tussi ferina 3. 181 vermbus exturbandis 8. 43

**Alcalina** in calculo renali præservando laudantur & quæ 2. 188

**Alexipharmacæ** quomodo ad genesis exanthematum coadiuant 1. 196 sola nocent in pestilentia 1. 158 sed acidis nupta in ea convenientia ibid. nocent in petechizante febre 1. 131. seq. sed analepticis nupta intendum convenientia ibid. 1. 138 nocent in purpura 5. 72 in gonorrhœa cum aliis sudoriferis laudantur 4. 291 caute in dyserteria sunt adhibenda 3. 256

**Alœticæ** cur infantibus noceant 8. 17 in festu dispositionis ad hæmorrhoides 2. 173 hæmorrhoidatiis sæpe nimium hæmor-

- morrhoidum fluxum excitant* 2. 45 nocent  
in vomitu cruento 2. 38
- Aluminosa* an convenient in febrium inter-  
mittentium curatione 1. 10. 20
- Alvus* ejus ratio in omnibus fere morbis ha-  
benda 4. 42 quomodo in abortu solvenda  
3. 297 ardente febre 1. 189 calculo 2. 199  
catarrhalis benigna febre 1. 68 in colica 2.  
166 convulsionis moribus 3. 32 doloribus  
intestinorum 2. 168 malo hypochondriaco  
3. 82 iliaca passione 2. 165 in lue vene-  
rea 5. 97 maligna febre 5. 70 mictu cruen-  
to 2. 122 petechizante 1. 124 in pueris  
1. 274 seq; quartana 1. 36 quotidiana 1. 31  
semiterrana 1. 61 tussi 3. 179 variolis 1.  
82 ejus aperitio quantum valeat ad mor-  
bos praescindendos 1. 19 *fluxus* quando &  
quomodo in petechiali febre sit promovendus  
1. 142 quatenus convenient in pneu-  
monicis febribus 1. 230 num eas solvat 1.  
239 qua ratione in purpura sit dirigendus  
1. 113 quando in variolis sit procurandus  
1. 95 vid. plura *diarrhae*. *Adstricta* sanguinem  
ad superiora pellis 3. 17 hinc conge-  
stiones ad caput sustentat 4. 128 est gravidi-  
familiaris 3. 296 morbos chronicos su-  
stentat 3. 59 inducitur saepe a tintura an-  
tiphthisica Grammanni 2. 163 vel ab acido  
in primis viis 3. 126 vel a convulsione in-  
testinorum 3. 280 maxima est in catalepsi  
& unde 3. 64 disponit ad abortum 3. 296  
aurum tinnitus 4. 83 mictum cruentum  
2. 72 convulsiones auget 3. 35 maxime no-  
cet in purpura 5. 72 qua pariat sympto-  
mata in variolis 1. 82. 91 an fumo tabaci  
reseretur 2. 168
- Amaro* quo principio maxime agant 5. 18  
bilis defectum supplent 4. 197 quomodo  
in quartana agant 1. 33 cur & quomodo  
vermibus inimica 8. 42 saepe nocent in ictu-  
ro 4. 197 laudantur in scorbuto 5. 19 pu-  
tredini resistunt & qua 5. 39
- Amurosis* vid. *gutta serena*.
- Ambragrysea* summum est analepticum 3. 10  
ejus effectus quando in palpitatione cor-  
dis convenient 3. 137 cum *pallidis* decocta a  
Cratone in declinatione tussis laudatur 3.  
180
- Ambustio* quos effectus in corpus humanum  
inficit 5. 36
- Amor* occulatus & vesanus omnes animi &  
corporis functiones perturbat 3. 86 saepe  
epilepsiae causa 3. 6 delitorum 4. 105
- Amputatio* membrorum sphacelatorum ubi
- & quomodo instituenda 5. 41 qua circa  
illam tenenda 5. 43 qua ante & post illam  
conferant 5. 41
- Amuleta* quomodo operentur 1. 109
- Amygdale dulces* eatum oleum externe in au-  
rium siccitate laudatur 4. 87 vel ante vel  
post anthelminticorum usum interne con-  
venit 3. 34 in calculo reum & felleo 2.  
136 dysenteria 3. 252 hemoptysi 2. 29  
intestinorum doloribus a salivatione mer-  
curiali 5. 94 tussi vel spermate ceti 3. 18  
vel cum syrupo papaveris albi 3. 183 ad  
stercore indurata educenda 3. 105 cum a-  
nethi oleo in singultu 3. 201 cum sper-  
mate ceti in scorbuticis doloribus ventris  
5. 20 cerebro infantibus exhibitum nocet  
8. 17
- Analeptica* qua convenient gravidis ad a-  
borrum praecavendum 3. 298 laudantur in  
pestilentia 1. 159 quando conducant in  
phrenitide 1. 226
- Anasarca bydrops* quid 4. 227 differt a ca-  
chesia 2. 199 ab hydrope polypo cordis  
juncto 4. 237 a leucophlematia 4. 227 si-  
gna ibid. eo defunctorum anatomie 4.  
230 ratio symptomatum ibid. caussæ oc-  
casionales 4. 236 seq; prognosis 4. 237  
cum asthmate juncti casus 4. 254 cum  
tympanitide juncti & sanati exemplum 4.  
245 indicationes curatoriae 4. 238 qua  
absolvuntur paracentesi ibid. & quando  
4. 239 purgantibus ibid. enematis 4.  
240 & diureticis ibid. quando sudori-  
fera conferant 4. 241 tertianæ succedens  
quomodo tractandus 1. 16 an venælectio  
in eo convenient 4. 242 cautelæ circa pur-  
gantia 4. 243
- Angina* qua dicatur 1. 208. 209 ejus sub-  
jecta ibid. sedes 1. 208 species periculo-  
se ibid. in quo differat ab aphitis 1. 299  
ab inflammatione faucium leviori ibid. a  
prunella ibid. a spasmis hystericis ibid.  
quando in ea magis solida quam fluida  
deglutiri queant 1. 216 ejus caussæ pro-  
xima & remotiores 1. 209 orta ex con-  
clavi recenter calce obducto 1. 210 ex  
repellentium præpostero usu discussa 1.  
216 alvi fluxu soluta 1. 215 mortis si-  
gna in ea 1. 211 prognosis 1. 210 epi-  
demica quibus temporibus se exserat ibid.  
externa qualis dicatur 1. 208 humida &  
siccæ qualis sit 1. 209 symptomatica qui-  
bus ex caussis oriatur 2. 210 & quibus  
accidat ibid. vera quasi dicatur 1. 209

- quomodo curanda 1. 211 seq. quo pacto  
conveniant externa 1. 212 & sanguinosis  
missio 5. 211. 212 *recidivans* s<sup>e</sup>pius sa-  
nata 1. 216 ejus recidiva quomodo ar-  
cenda 1. 214. 216
- Angli* cur phthisi obnoxii sunt 4. 174
- Anima* arctissimum cum corpore habet  
commercium 3. 63 ejus sedes quo loco  
statuenda ibid. in mechanismo per me-  
chanicas causas agit 3. 56 ipsius *functio-*  
*nes* beneficio fluidi nervei sunt 4. 104 *ir-*  
*regularis* unde depe[n]deant 3. 3 an ipsa  
proxima cau[sa] functionum vitalium sit  
4. 135
- Animi adfectus* quinam ad eos proclives 2.  
226 pro varietate varios edunt effectus 3.  
121 eorum noxa in tota motuum *œco-*  
*nomia* 3. 86 in nutrice & infantibus ad  
quos morbos disponant 3. 8 morborum  
sanationem remorantur 5. 79 morbos  
qui[er]centes s<sup>e</sup>pē revocant 4. 80 dispo-  
nunt ad abortum 3. 168 *cachexiam* &  
chlorosin 4. 210 epilepsiam 3. 5 *hypo-*  
*chondriacum malum* 3. 103 *lipothymiam*  
4. 132 motus spasmodicos vagos 3. 48  
spasmus *œsophagi* 3. 212 polyporum  
generationem 4. 154 quæ in febre pecti-  
chizante pariant symptomata 1. 121 &  
cur maxime sub usu aquarum minera-  
lium noceant 1. 194
- deliquia differunt gradu 4. 78 in quo ab  
apoplexia & epilepsia 4. 132 a suffoca-  
tione ibid. signa antecedentia & solutionis  
paroxysmorum ibid. subjecta & causa  
proxima ibid. mediatæ cau[sa]e sunt ani-  
mi adfectus ibid. corruptio partis sphæ-  
celosa 4. 135 diæta prava ibid. hæmorrhagie  
nimiae 4. 136 hydrops pericardii  
4. 138 morbi prægressi & qui 4. 134 op-  
piata & narcotica 4. 135 polypus 4. 136  
venena, purgantia & emetica ibid. unde  
in passione hysterica frequentia 3. 75 &  
in puerperis 4. 145 & quomodo in his  
tractanda ibid. prognosis funesta & mala  
4. 136 salutaris 4. 137 vide plura *syn-*  
*cope* & *lipothymia*.
- Anodyna* quænam sint levissima 3. 99 sub  
lingua detinere juvant in aphoniam 4. 98  
laudantur in animi deliquiis ab ira 4. 138  
calculo felleo 2. 136 cancri enormi do-  
lore 5. 156 delirio maniaco 4. 121 dy-  
fenteria 3. 253 singultu[m] 3. 249 vesicæ  
spasmo 2. 208 vomitu[m] 3. 235 quatenus  
ad pneumonicas febres conseruant 1. 233
- in rheumaticis arthriticis & doloribus 2.  
226 cum genere nervoso debilitatis no-  
ceant 3. 78 *colera* adfectis 5. 276 & in  
intermittentibus 1. 19
- Antepileptica* quænam sint 3. 33
- Anthelmintica* quotuplicia & quæ sint 5.  
41 variæ eorum præparations 5. 43 quid  
ante & post horum usum tenendum 3.  
34 fortiora quando in cardialgia verminis  
noceant 2. 120 *anthelmintice pilule*  
vid. pilulae pulvis vid. pulvis, *syrupus*  
vid. *syrupus*
- Anthraces* pestilentiales quæ dicantur 1.  
154 seq. qualem poscant curationem 1.  
160
- Antidota* quæ sint optima 1. 204 3. 276
- Antihæticum* Poterii an in hectica conve-  
niat 1. 306. seq.
- Antimonium* crudum decoctis antivenereum  
cum fructu additur 5. 90 in pulvere cum  
aliis in arthritide inverterata 2. 223 ejus  
*sal sulphureum* quomodo præparetur 5.  
90 quod laudatur in lue venerea ibidem,  
*sulphur auratum* sudoriferis in lue vene-  
reâ subjungitur ibid. *tinctura acris* cum  
aliis laudatur in capitib[us] doloribus a seri-  
vitio 2. 111 ad calculum realem ar-  
cendum 2. 188 in lue venerea 5. 90 *vi-*  
*trum ventriculi* inflammationem inducit  
1. 203 cum aliis in ipso minus rite præ-  
paratis cholera[m] excitaat 3. 272 bene  
præparata ex eo interne in ulceribus lau-  
dantur 5. 151
- Antinephritis* quid circa illorum usum te-  
nendum 2. 198
- Antiquartium* Riverii quomodo præparetur  
1. 33
- Antiscorbutica* quænam sint 5. 17 cur cau-  
te biliosis subjectis & juvenibus offerenda  
5. 19 eorum succi optime cum sero lactis  
propinrantur 3. 52
- Antonianæ* aquæ cum lacte mixta in vesicæ  
vitiis laudantur 2. 73 quando conseruant  
in nimio hæmorrhoidum fluxu 2. 47
- Anus*, ejus fistulae sedes 5. 168 causa 5.  
171 s<sup>e</sup>pe mature consolidata phthiseos  
causa 4. 178 quomodo tractanda 5. 179  
*procidentia* s<sup>e</sup>pius fortiori sphincteri spasm  
debetur 2. 202 cur senibus infirmis  
& hæmorrhoidariis familiare symptomata  
2. 44 *spinæ* valida constrictio s<sup>e</sup>pe  
dolores colicos & flatulentos producit &  
in quibus 2. 181
- Anxietas* præcordialis unde suam trahat ot-  
tingea

ginem 1. 203. in febres ardentes 1. 185.  
quomodo a potu coffee inducatur 5. 63.  
*Aphonia* quæ dicitur 4. 95. sedes ejusque  
causa proxima ibid. oritur ab ebrietate 4.  
96. a paralysi lingue aut sero impuro  
stagnante ibid. a sanguinis congestione ad  
linguam ibid. prognosis ibid. ex insultu a-  
poplecticō ortæ exemplum 4. 101. quomo-  
do tractanda a paralysi lingue industa 4.  
97. a catarrhalis defluxione ibid. quomodo  
sub salivatione mercuriali eveniens cu-  
randa ibid. a vicio sanguinis ora qua ra-  
tione tractanda ibid. a vermis 4. 98. cau-  
tela circa venæsectionem & spirituosa  
4.

*Aphtha* quæ dicuntur 5. 24. differunt inter se  
ratione gradus ibid. in quo ab angina 1.  
209. causa materialis & formalis 5. 24. me-  
diata & remota 5. 25. a cicutæ aquatice  
usu sœpe producuntur 3. 146. symptomati-  
cum ratio 5. 25. prognosis ibid. quomodo  
sint tractandæ 1. 214. præsertim in infanti-  
bus ubi ratio habenda nutricis 5. 25. & in-  
fantis ibid. quomodo in variolis 1. 81. 90.  
quæ externe in iis convenient 5. 25. caute-  
la circa symptomaticas ibid. 14.

*Apoplegmatizantia* laudantur ad arcendos  
malignos morbos 1. 139.

*Apoplexia* quoctus eius gradus 4. 2. *sanguinea*  
quid 2. 82. levior 4. 2. *serosa* in quo consi-  
stat 2. 87 quo loco maxime accidat 2. 83.  
4. 2. signa antecedentia 2. 84. symptomati-  
ca atque effectus 4. 90. ea defunctorum a-  
natome 2. 87. in quo differat ab animi de-  
liquiis 4. 132. a passione hysterica 3. 74. a le-  
thargo 4. 29. disponunt ad eam animi ad-  
festus 2. 85. debilitas generis nervosi 4. 7.  
excretiones sanguineæ & serosæ suppres-  
ſæ 4. 5. 5. mercurialia inepite adhibita 4.  
6. a mercurialibus in podagra datis exem-  
plum 4. 29. morbi epileptici ac convulsivi  
4. 6. polypi in vasis cordis & cerebri 2. 87.  
4. 150. spasmi partium inferiorum 4. 5. sta-  
tus cachecticus 2. 86. plethoricus 2. 79. 4.  
5. eius insultus in corpore purpura &  
podagra vexato exemplum 4. 24. levioris in  
lethalem mutat casus 2. 92. a sinistro balnei  
calidi Carolinarum usu observatio 2. 91.  
funestæ ex purgante aeriori ortæ exemplū  
2. 92. curandi methodus quæ clysteribus  
aerioribus absolvitur 2. 88. externis & in-  
ternalis excitantibus 2. 84. & venæ sectione  
congruo loco instituta 2. 88. 4. 9. cautelæ  
circa balsamica & apoplectica 2. 90. circa

venæsectionem 2. 89. præcavetur alvum sol-  
ventibus ibid. in hæmorrhoidariis frictio-  
nibus & hirudinum applicatione & elixi-  
riis balsamicis ibid. venæsectione ibid. &  
exacta vixit ratione 2.

*Appetitus* a diurna abstinentia perit 3. 71.  
a talibus acidis excitatur 3. 54. *nimus* a  
quibus cauſſis oriatur 3. 99. cur ante mo-  
tuum spasmodicorum invasionem austior  
3. 54. plane dejectus in quartana quid indi-  
cet 1. 42 num bono consilio excitetur post  
febres malignas 1. 150. & intermittentes  
1.

*Aprilis* cur catarrhalibus & exanthematicis  
morbis faveat 5. 61.

*Aqua* pro potu pura esse debet 5. 16. *calide*  
potu a zecchio pro secreto ad renalem pre-  
servandum laudatur 2. 189. *grigida* potus  
a variis auctoribus laudatur 2. 174. *fanat*  
& præcavet morbos 3. 283. *fibras* roborat  
& firmat 2. 244 3. 237. *acies* humores tem-  
perat & reſerat obſtructiones 2. 56. 5. 16.  
sanguinis æſtum reprimit 2. 177. quomo-  
do ſudorem moveat 1. 191. non promiscue  
exhibitendum 2. 178. 3. 32. & quæ circa ejus  
uſum tenenda 3. 40. quem uſum præſet in  
ardente 1. 186 in cardialgia ab ira 2. 117. in  
catarrho pectoris 3. 171. in cholera 3. 285.  
cholerici morbis 1. 191. colica sanguine-  
a 2. 176. convolutionibus 3. 32. epilep-  
ſia 3. 11. hæmoptysi 2. 23. hæmor-  
rhagia uteri 3. 52. lipothymia 4. 149.  
lippitudine oculorum 4. 79. palpitatio-  
ne cordis 3. 144. ulceribus 5. 28. nocet  
post emeticum 3. 23. *chalybeata* a ve-  
teribus commendatur ad licenſis morbos 5.  
16. hæmorrhagias nimias 2. 46. vomi-  
tum præcavendum 2. 38. qua ratione  
ejus inundationes aerem reddant insa-  
lubrem 1. 139. *hydropicorum* qualis con-  
ſtitutionis 4. 230. *intercus* cur a ve-  
teribus ita dicatur & quid sit 4. 227. *la-  
xans* quomodo paranda 1. 26. *sclopeta-  
ria* laudatur in externis capitis effore-  
ſcentiis 3. 15. mixtu cruento 2. 211.  
cum balsamo vitæ in gonorrhœa ad in-  
jectionem 4. 296. *vitæ stomachica* &  
carminativa an post cibum sumtum di-  
gestionem promoveat. 2. 196.

*Aqua* minerales actiuiores sunt communi  
5. 16. quænam principia recondant 4.  
117. earum effectus & uſus 2. 115. 5.  
quæ ante & sub earum uſu tenenda 3. 107.  
artificialis imitatio 1. 26. calidæ in subje-  
ctis

*C*itis impuris caute adhibe ndæ 5. 86. præcazent calculum 2. 138. polydoras concretiones 4. 157. erysipelatis recidivas 1. 170. sq. laudantur in eachezia & chlorosi 4. 214. cutis adfectibus 5. 118. in delirio melancholico & maniaco 4. 116. in malo hypochondriaco 3. 107. periodicis 1. 282. morbis a sanguine impuro & spissis ortis 2. 126. in quotidiana contumaci 1. 48. quatenus in asthmate convenient 3. 165. in feribus intermittentibus 1. 36. seq. cum primis longis 1. 51. & cur in iis conducant 1. 50. quando in febre lenta 1. 302. & que iis tunc præsidia surroganda ibid in phthisi 4. 187. cu<sup>m</sup> latè quomodo cura instituenda 4. 176. commendantur in arthriticis & rheumaticis doloribus 2. 225. nimio hæmorrhoidum fluxu 2. 48. purpura scorbutica 5. 67. rheumatismo scorbutico 2. 223. diu nimis usurpatæ quam noxam inferant 3. 107.  
*A*quigranenses thermæ cur nimis calidæ sint 4. 88. ante eorum usum corpus rite præparari debet 2. 128. laudantur in calculo 2. 137. ad polypos ascendos 4. 157. in quibus morbis noceant 4. 88.  
*A*rabes dysenteriae sunt obnoxii & cur 3. 246.  
